DE CICERONIS
IN 'CATONE MAIORE' AUCTORIBUS

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE ROSTOCHIENSI
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

HUGO KROEGER
HOLSATUS.

ROSTOCHII
TYPIS ACADEMICIS ADLERIANIS
1912.

De dissertatione probanda ad philosophorum ordinem rettulit
Rudolfus Helm, P. P. O.

Examen rigorosum habitum est die XXIX. m. Quintilis a. 1912.

PARENTIBUS CARISSIMIS
SACRUM.

Si quaerimus, quibus ex fontibus Ciceronis de senectute liber fluxerit, optimum nobis videtur esse ordiri ab iis locis, quorum auctorem Graecum etiamnunc habemus et comparare possumus, quo facilius et tutius incertos auctores inveniamus. De fontibus 'Catonis' iam I. P. van der Ton in annal. acad. Lovaniens. III (1822) scripsit, non ut auctores Ciceronis dispiceret, sed ut 'Catonem' ingenti numero similium omnis generis locorum, qui et ex Homero et ex scriptoribus ecclesiasticis petiti sunt, illustraret. Tamen hic commentarius omnibus magno usui est, quicumque origini libelli Tulliani student. Deinde nonnullis quaestionibus alii viri docti, quos infra in locis nominabimus, quasi praetereuntes operam dederunt. Sed totam materiam Iohannes Schroeter in dissertatione de Ciceronis 'Catone maiore' scripta (Lips. 1911) tractat, quam hoc scripto paene confecto inspicere mihi licuit. Cuius sententias quamquam non omnes probamus, tamen saepe eos qui hoc legunt ad Schroeteri librum possumus revocare.

I. De Cicerone imitatore Platonis et Xenophontis.

Ciceronis mos erat, ut pulchros et aptos Platonis, Aristotelis, aliorum locos sermoni insereret (de fin. I 7). Eiusmodi loci inveniuntur, quantum video, in 'Catone' tres, quos deinceps explanare volo. Iuvat enim non solum locos transcriptos esse scire, sed etiam cognoscere, quomodo auctor Latinus verterit[1]). Et quamquam non semper cognoscere possumus, cur Cicero hoc loco ita, non aliter verba Graeca reddiderit, tamen conducit nos consuetudines et proprietates in vertendo eius diligenter quaerere et exponere. Proinde conferamus primum hoc loco

Plat. de rep. I 328 E — 330 A = Cic. de senect. § 6—8 et § 47 med.

Quos locos etiamsi quis cursim legerit, tamen statim ex sententiarum ordine et consensione, quae etiam ad verbum saepe pertinet, sibi persuadebit Ciceroni librum Platonis in manu fuisse, id quod viri docti iam dudum cognoverunt. Nihilo setius Cicero non semper verbum verbo exprimit, sed verba Graeca et sermonis rationi atque contextui rerum et

---

[1]) Auxilio nobis venit Carolus Atzert dissertatione 'de Cicerone interprete Graecorum' (Gotting. 1908), sed hos 'Catonis' locos non tractat.

suo loquendi modo accommodat. Utriusque generis optima exempla in particulis, quas modo dixi, inveniuntur. Cicero enim, qui aliis locis huius libelli loquacior est, Graecam p. 328 E non integram ad verbum reddit, sed *ποία τίς ἐστι, τραχεῖα καὶ χαλεπή, ἢ ῥᾳδία καὶ εὔπορος* vertit tantum verbis (p. 133_{37} Muell.[1])) 'quale sit' itemque omnia verba quae sequuntur *καὶ δὴ καὶ σοῦ ἡδέως ἂν πυθοίμην, ὅ τί σοι φαίνεται τοῦτο, ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἤδη εἶ τῆς ἡλικίας, ὃ δὴ ἐπὶ γήραος οὐδῷ φασὶν εἶναι οἱ ποιηταί, πότερον χαλεπὸν τοῦ βίου ἢ πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις* praeter prima verba cum antecedentibus commutata *ἡδέως ἂν πυθοίμην* omnino omittit. Quod videtur casu accidisse aut, si mavis, ex ea causa fortasse, quod verbositas Laelio, utpote qui sit adulescens, non convenit. Illis enim verbis repetuntur priora; nihil novi accedit. Tullium autem maxime operam dedisse, ut mores personarum huius dialogi vere (sed saepe minus historiae fidem quam imaginem suam secutus, cf. Schroeterum p. 10) describeret, apparet ex defensione § 3 (p. 132_{26}), verbis § 55 (151_{8}), Lael. 4 (164_{4}), brevibus enuntiatis, liberiore annexione sententiarum, indiligentia dicendi, usu sermonis communis (velut § 32 p. 142_{23} 'ut vos videtis') et priscorum verborum[2]) (velut § 72 p. 157_{2} 'audaciter'), aliis rebus, quae omnia nunc Schroeterus p. 7 sq. uberius explicat[3]). Praeterea, ut redeamus ad propositam partem, Ciceronem libere Platonis loco uti testimonio est, quod in § 7 grandem natu illum Catonem, quamquam Platonis verba sunt tantummodo haec (329 B) *εἰ γὰρ ἦν τοῦτ' αἴτιον, κἂν ἐγὼ τὰ αὐτὰ ταῦτα ἐπεπόνθη ἕνεκά γε γήρως καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ὅσοι ἐνταῦθα ἦλθον ἡλικίας. νῦν δ' ἔγωγε ἤδη ἐντετύχηκα οὐχ οὕτως ἔχουσι*, causas querelae senum quorundam, quas paulo ante dixit ('tum ... tum' = *οἱ οὖν πλεῖστοι ... ἔνιοι δέ*), nunc iterum proferentem facit ita (134_{9}) 'nam si id culpa senectutis accideret, eadem mihi usu venirent reliquisque omnibus maioribus natu, quorum ego multorum cognovi senectutem sine querela, qui se et libidinum vinculis laxatos esse non moleste ferrent nec a suis despicerentur'. Tales amplificationes et iterationes verborum ex contextu rerum sumptas saepe invenias in sequentibus sententiis, velut (329 A) *διασῴζοντες τὴν παλαιὰν παροιμίαν* (§ 7 p. 134_{2}) 'pares autem vetere proverbio cum paribus facillime congregantur'.

Quantopere vero Cicero non modo verba Cephali Platonici Catoni et Socratis Laelio dare, sed potius cum Platone aemulari eique, si fieri poterat, praestare studuerit, apparet cum ex eis quas modo attuli rebus

---

[1]) Ob commoditatem ubique sequor C. F. W. Muelleri editionem, quam omnium esse in manibus certo scio, sed Caroli Simbeck editionem (Lips. 1912) inspexi.

[2]) vide edit. Meissneri et Landgrafii (1907[5]) p. 3 adn. 5.

[3]) Tamen cave haec omnia, imprimis iterationes et verborum et sententiarum cum Schroetero Tullio soli attribuas; vide enim p. 35.

tum inde, quod optime pro incerto verbo τινὲς (329 A) certa nomina C. Salinatoris et Sp. Albini (134₄) ponit, qua re additur sermoni fides et auctoritas (cf. § 3 p. 132₂₃). Quamquam vix dubium est, quin testimonia illorum virorum querelarum re vera non minus ei defuerint quam nobis desint. Nomina autem ex libro quodam, in quo facile viri et aequales et nobiles inveniri poterant, — de hoc infra agam — repetita esse ego quidem opiner. In sequentibus quoque verbis (Plat. 329 A = Cic. p. 134₅ sq.) generatim gravissima dicit, singulas res in posteriorem locum — hic est tertius locus consequentis argumentationis 'quod privet fere omnibus voluptatibus' — differt, ubi accuratius et pluribus verbis rem tractare vult; vide enim (329 A) . . . ὀλοφύρονται . . . τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνῃσκόμενοι περί τε τἀφροδίσια καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται, καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι = (134₅) 'quod voluptatibus carerent', (329 D) ἀλλὰ καὶ τούτων (= ἀφροδισίων) πέρι καὶ τῶν γε πρὸς τοὺς οἰκείους = (134₁₄) 'sed omnium istius modi querelarum'. Ne igitur argumenta praesumat, sermone saepe contracto vertit ex Platone tantum eos locos, qui generalem sensum habent: (329 A) καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες = (134₆) 'sine quibus vitam nullam putarent', (329 D) μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων· ἂν μὲν γὰρ κόσμιοι καὶ εὔκολοι ὦσι, καὶ τὸ γῆρας μετρίως ἐστὶν ἐπίπονον· εἰ δὲ μή, «καὶ γῆρας», ὦ Σώκρατες, «καὶ νεότης» χαλεπὴ τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει = (134₁₄) 'in moribus est culpa, non in aetate. Moderati enim et nec difficiles nec inhumani senes tolerabilem senectutem agunt, importunitas autem et inhumanitas «omni aetati» molesta est.' Et optimo iure singulis rebus omissis generaliter dicere studet Platonem non secutus, quia eius sermonem in exordio collocat. Tamen hoc modo interdum vis verborum a Platone significanter dictorum magnopere minuitur apud Ciceronem et pulchrae voces imaginesque vocabulis tritis convertuntur, velut (329 B) τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως = (134₇) 'spernerentur ab iis, a quibus essent coli soliti' sive (134₁₃) 'a suis despicerentur'. Praeterea dictum Sophoclis (329 BC) hoc loco non affert, sed in § 47 (148₁₂), ubi gravissimum argumentum in tractanda tertia querelarum causa est. Sed fortasse hoc apophthegma iam auctor, quem Cicero exscripsit, ibi praebuit. Utut est, omnia breviter et acute expressa sunt; vide enim (329 B/C) Πῶς, ἔφη, ὦ Σοφόκλεις, ἔχεις πρὸς τἀφροδίσια; ἔτι οἷός τε εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι; et (Cic. p. 148₁₃,₁₄) 'utereturne rebus veneriis', (Plat. 329 C) εὖ οὖν μοι καὶ τότε ἔδοξεν ἐκεῖνος εἰπεῖν καὶ νῦν οὐχ ἧττον et (Cic. p. 148₁₂) 'bene'. Quod dictum quae sequuntur (329 C), desunt apud Tullium, sed similitudinem quandam habent cum Cic. de sen. § 49 (148₂₈): παντάπασι γὰρ τῶν γε τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ πολλὴ εἰρήνη

γίγνεται καὶ ἐλευθερία, ἐπειδὰν αἱ ἐπιθυμίαι παύσωνται κατατείνουσαι καὶ χαλάσωσι, παντάπασι τὸ τοῦ Σοφοκλέους γίγνεται· δεσποτῶν πάνυ πολλῶν ἔστι καὶ μαινομένων ἀπηλλάχθαι ∞ 'At illa quanti sunt, animum tamquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum omnium secum esse secumque, ut dicitur, vivere'. Iam prima verba capitis quarti Platonici (329D) omittuntur a Cicerone, cum neque apta sint, quia scriptoris, non loquentis personae sunt, neque digna. Sed apud Tullium assentitur Laelius Catoni 'sapienti' statim et modeste dicens, ut decet adulescentem, paululum obicit (§ 8 p. 134_{19}) 'Est, ut dicis, Cato; sed fortasse dixerit quispiam . . .', quibuscum verbis cf. Graeca (329E) οἶμαί σου τοὺς πολλούς, ὅταν ταῦτα λέγῃς, οὐκ ἀποδέχεσθαι, ἀλλ' ἡγεῖσθαι ... Quomodo auctoritas Catonis magnopere augetur. Item celebrandi eiusdem viri causa vertit Tullius (329E) διὰ τὸ πολλὴν οὐσίαν κεκτῆσθαι vocabulis (134_{20}) 'propter copias' non sine causa addens 'opes et dignitatem', inter quae verba vocem 'copias' recipit. Verba autem, quae sequuntur (134_{21}) 'id autem non posse multis contingere', concludit Cicero ipse ex antecedentibus; complet enim atque finit, id quod ei in animo est, ut in § 7 (134_{2}) proverbium ipsum verbis affert. Quae sua eo loco constituit, quo Plato dicit alia: τοῖς γὰρ πλουσίοις πολλὰ παραμύθιά φασιν εἶναι (329E). Fabulam denique, quam auctor Graecus de Themistocle et Seriphio quodam narrat[1]), et id quod consequitur, ad verbum Tullius vertit, sed quo maiorem vim attribuat, responsum Themistoclis oratione recta, non obliqua reddit.

Neque vero parvi interest, id quod vel ex hoc loco apparet, quomodo Cicero in allocutionibus auctorem Graecum contemnens suis utatur legibus. Eius enim consuetudo est, ut tantum, quotiens alius loqui incipit, allocutionem ponat, id quidem fere semper, sed progrediente sermone omittat, etiamsi in Graeco legit. Quam praebet item ac Plato in § 6 (133_{34}) 'Cato' ∞ Plat. 328E in. ὦ Κέφαλε, in § 7 (134_{1}) 'Laeli' ∞ Plat. 328E ex. ὦ Σώκρατες, in § 8 (134_{19}) 'Cato' ∞ Plat. 329D ex. ὦ Κέφαλε[2a]); nam alter dixit, alter incipit. Ubi apud Platonem deest talis allocutio in primis dictionis verbis, adiungit eam neque a suo dicendi more discedit: Cic. § 8 (134_{23}) 'Est istud quidem, Laeli, aliquid, sed nequaquam in isto sunt omnia' cf. cum Plat. 329E Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις· οὐ γὰρ ἀποδέχονται. καὶ λέγουσι μέν τι, οὐ μέντοι γε ὅσον οἴονται. Sed

1) Hanc primus videtur rettulisse Herodotus VIII 125.

2) Mihi liceat iam hic locos aptos ex capitibus Xenophonteis, quae infra explicabo, addere, ut omnia 'Catonis' exempla uno in conspectu habeas. Similiter enim Tullius, cum sermones enarrat, agit: cf. a) Cic. § 79 (159_{19}) 'o carissimi filii' ∞ Xenoph. Cyr. inst. VIII 7_{17} ubi ὦ παῖδες paulo ante dictum erat; § 59 (153_{2}) 'Rite vero te, Cyre, beatum ferunt' ∞ Xenoph. oecon. 4_{25} Δικαίως μοι δοκεῖς, ὦ Κῦρε, εὐδαίμων εἶναι; neque vero concinere videtur § 59 (152_{34}) 'Atqui ego ista sum omnia dimensus' ∞ Xenoph. oecon. 4_{22}

oratione procedente appellationes tamquam supervacaneae Platone neglecto praetermittuntur: Cic. § 7 (134_{8}) ‘qui mihi non id videbantur accusare, quod esset accusandum’ Plat. 329 B ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν, ὦ Σώκρατες, οὗτοι οὐ τὸ αἴτιον αἰτιᾶσθαι; § 7 (134_{14}) ‘in moribus est culpa, non in aetate’ Plat. 329 D μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ’ ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων; § 7 (134_{17}) ‘importunitas autem et inhumanitas omni aetati molesta est’ Plat. 329 D εἰ δὲ μή, καὶ γῆρας, ὦ Σώκρατες, καὶ νεότης χαλεπὴ τῷ τοιούτῳ ξυμβαίνει[b]). Hanc autem consuetudinem totum per librum satis severe tenet; vide haec exempla: § 1 (131_{4}) ‘Licet enim mihi ... adfari te, Attice’; § 4 (132_{31}) ‘Saepe numero admirari soleo ... tuam excellentem, M. Cato, perfectamque sapientiam’; ibidem (132_{37}) ‘Rem haud sane difficilem, Scipio et Laeli, admirari videmini’; § 6 (133_{27}) ‘Atqui, Cato, gratissimum nobis ... feceris’; ibidem (133_{32}) ‘Faciam vero, Laeli’. Tamen cum cohaereat et continuetur oratio, ut est proprium generis dialogorum Aristotelici, quo Cicero in ‘Catone’ utitur (cf. Rudolfum Hirzel ‘de dialogo’ I 544 sq.), appellatio, quamvis raro, repetitur, ne oblivione obruatur, qui viri adsint: § 35 (143_{33}) ‘Laeli et Scipio’[1]), § 39 (145_{11}) ‘optimi adulescentes’[1]); verba autem, quae sunt § 9 in. (134_{32}) ‘Scipio et Laeli’[1]), respondent fortasse Ciceronis mori; quia enim Laelii altercatione refutata Cato ambobus orationem de senectute continuam habet, hoc loco opus est allocutione, qua et Laelius et Scipio nominentur. Praeterea hac in longissima oratione plerumque, cum agitur de propinquis sive Scipionis sive Laelii, alterumutrum quoque alloqui ei libet, vide § 19 (138_{10}), § 34 (143_{10}), § 68 (155_{25}), § 77 ($158_{19,20}$), alibi. Ita enim sermo fit verior.

Nec tamen semper, ut in loco Platonico perseverem, dilucidae causae omnium discrepantiarum maxime, quibus locis levissime Cicero a Platone dissentit (hos enumerare nullius pretii est), afferri possunt, quia magis in opinione interpretis quam in natura rerum positae sunt. Tullius enim vertit non omnia quae legit, sed quae vult. Haec sua sententia et suo loquendi more format. Ut nunc Tullii, qui praeter cetera orator est, propriam dicendi rationem breviter absolvam, nonnullos locos memorabiles affero. Interpres enim Latinus haud raro res in maius extollit et inter se magis opponit: p. 328 E τινὰ ὁδόν = § 6 (133_{35}) ‘longam aliquam viam’; p. 330 A μετὰ πενίας ... πλουτήσας = § 8 (134_{30}) ‘in

---

Ταῦτα τοίνυν, ὦ Λύσανδρε, ἐγὼ πάντα καὶ διεμέτρησα καὶ διέταξα; b) Cic. § 80 (159_{28}) ‘Mihi quidem nunquam persuaderi potuit’ ∾ Xenoph. Cyri inst. VIII 7_{19} οὔτοι ἔγωγε, ὦ παῖδες, οὐδὲ τοῦτο πώποτε ἐπείσθην.

[1]) Harum trium appellationum varietatem de industria petitam animadvertas velim et conferas Caroli Atzert diss. p. 7 sq.; v. etiam, quomodo cum voce studii novum semper vocabulum coniungatur § 13 (136_{22}), § 22 (139_{11}), § 38 (145_{4}), § 49 (148_{32}).

summa ‚inopia' ... in summa ‚copia'. Iam vero in p. 329 D vox q. e. εὔκολος non vocabulo q. e. 'facilis' redditur, sed verbo contrario negato 'non difficilis' (§ 7 p. 134_{15}). Tamen id interpreti satis non est, sed illud unum duobus verbis transfert simili voce adiecta: 'nec difficilis nec inhumanus'. Qua re quod vocabula εἰ δὲ μή significant, id non simplici oratione vertere cogitur, sed etiam duobus verbis — aut tribus, nisi verbum suum (134_{15}) 'moderati' neglexisset et tantum Platonis duo vocabula (κόσμιοι καὶ εὔκολοι) in animo habuisset —: 'importunitas ... et inhumanitas' (134_{17}). Ceterum vide Carolum Atzert p. 19 sq., qui hunc Ciceronis morem multis exemplis illustravit. Hactenus de loco translato e Platone.

Neque minus apertum est Tullium e Xenophonte duos locos convertisse.

Xenoph. oecon. c. 4 § 20—25 = Cic. de senect. § 59.

Ipse quoque ibidem profitetur haec Xenophontis esse. Cuius 'de tuenda re familiari' (ita vertit οἰκονομικόν) librum iam adulescens legerat et sermoni Latino tradiderat, ut testatur de off. II 87. Transcripsitne igitur, quae tum e Graeco verterat? Singula perlustremus! Cicero, postquam enuntiavit, quid ipse de Xenophontis oeconomico sentiret, impulsus nomine Cyri (§ 20), quo melius utrum dicat appareat, adiungit haec: 'minorem, Persarum regem, praestantem ingenio atque imperii gloria' (152_{22}) et, ne leges concinnitatis oratoriae violet, Lysandrum ipsum quoque ita exornat: 'Lacedaemonius, vir summae virtutis' (152_{23}). Et Sardes iam ibi (152_{24}) nominat, ubi natura rerum postulat. Sic per totum locum exemplar aemulatur, non interpretatur. Qua in re maxime proprietas res graviter discernendi et inter se opponendi aperta fit. Neque enim iisdem multis verbis satum arborum exponit: (§ 21) δι' ἴσου δὲ πεφυτευμένα, ὀρθοὶ δὲ οἱ στίχοι τῶν δένδρων, εὐγώνια δὲ πάντα καλῶς εἴη, sed breviter sententiam corripit et concinna ita facta membra inter se obicit: arborum proceritatem, sationis genus, florum odorem (152_{28}). Simili ratione verba Latina (152_{37}) magis quam Graeca (§ 23) opponuntur sic: 'purpuram eius et nitorem corporis ornatumque Persicum multo auro multisque gemmis' = ἰδὼν τῶν τε ἱματίων τὸ κάλλος ὧν εἶχε καὶ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενος καὶ τῶν στρεπτῶν καὶ τῶν ψελίων καὶ τοῦ ἄλλου κόσμου οὗ εἶχεν. Iam placet ei etiam novum invenire: 'humum subactam atque puram', ut παράδεισον sub aspectum dilucide subiciat. Hoc loco Helmius mihi suadet, ut pro verbo, q. e. εὐγώνια in § 21, Ciceronem εὔγεια aut legisse aut intellexisse opiner. Quae subtilis coniectura mihi pulcherrima et aptissima videtur esse, quia facillime explicat verba 'humum subactam atque puram' (152_{30}), quae a Xenophonte alienissima videntur; praeterea discrimen, quod interest inter vocabula, q. s. εὐγώνια et 'quincunx',

tollitur, et intellegimus, cur duae sint datae attributiones vocabulo humi (cf. καλῶς εὔγεια). Attamen etiamsi Tullius εὐγώνια legit, haec amplificatio nihil miri habet. Supra enim (p. 152_{22}) multa addita esse vidimus, idemque demonstrant verba, quae statim (152_{31}) subsequuntur: ‘qui adflarentur ex floribus’. Re enim vera ille nobis non παράδεισον Cyri minoris, sed hortum Romanorum describit[1]). Quidnam sibi vult ‘humus subacta atque pura’ (152_{30}) in paradiso, ubi ferae ali volunt et arbores silvestres umbram faciunt? Quid ‘flores’ (152_{31})? Ego quidem arbitror Xenophontem, cum ὀσμάς commemoraret, de silvae exhalatione vel odore florentium arborum et herbarum agrestium cogitavisse; nam in hist. Graec. IV 1_{33} ipse recte dicit παραδείσους καὶ δένδρων καὶ θηρίων μεστούς. Sed etiam alia verba Xenophontis colore Romano mutat. Nam auctor Graecus de arboribus quincunciali ratione satis nihil loquitur, sed potius ordines directos rectumque angulum continentes nominat[2]). Item Cicero ‘odorem vestis regiae’ mutat, fortasse ideo quod minus aptus in ore Catonis est vel quod Cyrum dedecet, virum ‘praestantem ingenio atque imperii gloria’ (152_{22}); et ut hominis vere Romani oculis res spectare pergat, vertit ‘nitorem corporis’ (152_{37}). Παράδεισον vero civibus suis accurate explicat ‘quendam consaeptum agrum diligenter consitum’ (152_{27}). Aliud quiddam eximii est in Ciceronis genere dicendi, quod acri mente et intento animo verba interpretanda intuens de certa re cogitat eamque pro auctoris incerta scribit[3]). Ita fit, ut non raro pro communibus verbis propria ponat: § 21 ὡς καλὰ μὲν τὰ δένδρα εἴη = (152_{28}) ‘proceritates arborum’; § 22 αὐτός = (152_{36}) ‘mea manu’; § 23 omittit καὶ τῶν στρεπτῶν καὶ τῶν ψελίων (τὸ κάλλος), sed uberius reddit τοῦ ἄλλου κόσμου οὗ εἶχεν sic (153_{1}) ‘multo auro multisque gemmis’ et ‘ornatum Persicum’ adicit. Eodem modo etiam (152_{31}) notiones, quae a Xenophonte non expressae, sed cogitatae sunt, adiungit: ‘mirari se non modo diligentiam, sed etiam sollertiam eius, a quo essent illa dimensa atque discripta’ ∾ (§ 21) πάντα μὲν θαυμάζω ἐπὶ τῷ κάλλει, πολὺ δὲ μᾶλλον ἄγαμαι τοῦ καταμετρήσαντός σοι καὶ διατάξαντος ἕκαστα τούτων. Huc pertinent illa quoque additamenta, quae supra p. 10 commemoravi. Et similiter sua ex mente (διεμέτρησα) καὶ διέταξα (§ 22) reddit verbis anaphorae figura pressis:

---

[1]) Hoc loco et Cat. 51 sq. animadvertas velim veteres aliud pulchrum nominavisse atque sensisse, aliud nos; vide L. Friedlaender ‘Sittengesch.‘ II^{8} p. 191 sq. et 216 sq. et cf. cum his ‘Catonis’ locis verba, quae princeps Germanus quidam (a. 1640) de Italia fecit (apud eundem virum doctissimum p. 224): ‘das ist ein schön eben und gut land, da man wie in einem garten stetigs fähret und auf beiden seiten nichts siehet als gut kornland mit in der reihe gepflanzten bäumen’.

[2]) Si Helmii coniecturam evidentem probas, pleraeque hae dissensiones diluuntur.

[3]) cf. de orat. I 154, quem locum Atzertius l. l. p. 27 exponit.

'mei sunt ordines, mea discriptio' (152$_{35}$). In exemplis vero rerum rhetorice auctarum (vide p. 9) velim ponas etiam illud (152$_{35}$) 'multae' ∾ § 22 *ἔστιν ἅ.* — Quod ad praetermissiones attinet, nemo est, qui Ciceronem propter nonnulla verba non conversa, velut illa § 20 *ὡς αὐτὸς ἔφη ὁ Λύσανδρος ξένῳ ποτέ τινι ἐν Μεγάροις διηγούμενος*, vituperet; nihil conferunt ad id quod vult scriptor. Sed nescio, cur praeclaram § 24 totam omiserit. Illud enim *μηπώποτε δειπνῆσαι πρὶν ἱδρῶσαι κ.τ.λ.* novum aliquid et pulchrius et gravius affert, quin etiam summam sententiae continet. Omisitne brevitatis causa? Sed etiam magis miror, quomodo verba Graeca reddiderit haec: (§ 25) *Δικαίως μοι δοκεῖς, ὦ Κῦρε, εὐδαίμων εἶναι· ἀγαθὸς γὰρ ὢν ἀνὴρ εὐδαιμονεῖς.* Quae cum significare velint '. . . . ob virtutem beatus es', vertit sic: (153$_{2}$) 'Rite vero te, Cyre, beatum ferunt, quoniam virtuti tuae fortuna coniuncta est'. Qui error ea re videtur effectus esse, quod vocabulum q. e. *ὤν* non transtulit 'cum . . . sis', sed hoc loco falso '. . es et . .' Neque intellexit ex eadem causa verbum q. e. *εὐδαιμονεῖς* excipere vocabulum praecedens q. e. *εὐδαίμων.* Itaque fortunae vox non exprimit 'fortunam virtutis', sed pertinet ad § 23 *τῶν τε ἱματίων τὸ κάλλος ὧν εἶχε καὶ τῆς ὀσμῆς αἰσθόμενος κ.τ.ἑ.* (152$_{37}$ 'purpuram eius et nitorem corporis e. q. s.') et significat 'divitias atque opes'. Hoc igitur est, cur § 24 omiserit: non vult contextum rerum, quem se recte cognosse opinatur, delere. Atque hac ex infelici conversione facile Ciceronis verba derivari possunt: 'virtuti tuae' = *ἀγαθὸς ἀνήρ*; 'coniuncta est' = (. . . *εἶ καί* . .) = *ὤν*; 'fortuna' = *εὐδαιμονεῖς.* Eundem igitur ordinem vocabulorum servat et mea quidem sententia utrique nomini (et 'virtuti' et 'fortunae') parem vim attribuit ('coniungere' cum dativo copulatum ita accipias velim, ut dicitur 'coniungere inter se'), ne alterum Ciceronis errorem statuamus et Sommerbrodtium (edit.[12] p. 67) secuti contra verba Latina ipsa postulemus, ut vis vocabulo virtutis soli detur. Nam cum Cicero fortunam aliter atque Xenophon explicet, apud Tullium fortasse satis est aequam vim vocibus tribui. Tamen alia discrepantia exstat. Schroeterus enim rectissime cognovit (p. 27) ex primis verbis § 60, quae fortunae vocem § 59 ex. excipiunt, opus esse fortunam significare etiam in § 59 ultimis verbis 'laetitiam ex studio agresti captam'; idem colligi potest ex Xenophontis sermone, ubi *εὐδαιμονεῖς* est eventus *τοῦ ἀγαθὸν ἄνδρα εἶναι* ('virtutis' ut Cicero vertit), i. e. hoc loco (§ 24) *ἢ τῶν πολεμικῶν . . ἢ τῶν γεωργικῶν* (Cic. p. 153$_{5}$ 'et ceterarum rerum et in primis agri colendi' studiorum). At antecedentia verba, ut modo exposuimus, postulant, ut 'fortuna' idem valeat atque 'opes'. Quam difficultatem quo modo solvam — nam Schroeterum hac in re non sequor — infra p. 17 indicabo.

Nunc autem restat, ut tertium locum comparemus:

Xenoph. de inst. Cyri VIII 7 $_{17-22}$ = Cic. de sen. § 79—81.

Hunc Xenophontis locum inserit Cicero operi, ut novo testimonio etiamque pluribus argumentis animos esse immortales confirmet. Itaque tantum huius longissimi sermonis, quantum ad immortalitatem pertinet, eligit et vertit. Qua re etiam magis verba morientis regis in philosophi disputationem mutat, specie tamen orationis allocutione filiorum servata. Quam augere studet initio saepius Xenophonte filios appellans; vide illa prima verba blandissima (159_{19}) 'o mihi carissimi filii', quae auctor Graecus non habet (sed paulo ante dicit *ὦ παῖδες*); deinde velim conferas (§ 17) *ἐπειδὰν τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τελευτήσω* cum (159_{20}) 'cum a vobis discessero', porro (159_{21}) 'dum eram vobiscum' et (§ 17) *νῦν*, quod vocabulum accuratius reddit et mutat maxime ideo, quod cupit verba antecedentibus 'cum a vobis discessero' respondere. Iam, cum verba *οὐ γὰρ δήπου τοῦτό γε σαφῶς δοκεῖτε εἰδέναι ὡς οὐδὲν ἔτι ἐγὼ ἔσομαι* nimium momenti habere ei videantur, ponit (159_{19}) 'Nolite arbitrari . . . me . . . nusquam aut nullum fore'. Maximum enim momentum in immortalitate animorum comprobanda collocat. Quo eminentiora atque evidentiora argumenta reddat, Xenophontis verba, res, cogitata amplificat atque complet: § 79 (159_{22}) 'in hoc corpore'; (159_{24}) 'eundem igitur esse creditote, etiamsi nullum videbitis'; § 80 (159_{25}) 'clarorum virorum'; (159_{27} 'eorum ipsorum' = § 18 *αὐτῶν*;) (159_{27}) 'quo diutius memoriam sui teneremus'; (159_{35}) 'cum hominis natura morte dissolvitur' = (§ 20) *διαλυομένου . . . ἀνθρώπου*; § 81 (160_{7}) 'ex quo intellegitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint', quod cogitatum nullo verbo a Xenophonte expressum addit Tullius imitans illud (§ 20) *ὅταν ἄκρατος καὶ καθαρὸς ὁ νοῦς ἐκκριθῇ, τότε καὶ φρονιμώτατον αὐτὸν εἰκὸς εἶναι.* At quidquid discrepat ab eo, quod Cicero vult, omittitur. Itaque non vertuntur Xenophontea verba: (§ 18) *τὰς δὲ τῶν ἄδικα παθόντων ψυχὰς οὔπω κατενοήσατε οἵους μὲν φόβους τοῖς μιαιφόνοις ἐμβάλλουσιν, οἵους δὲ παλαμναίους τοῖς ἀνοσίοις ἐπιπέμπουσι*; neque leviter tota § 22 Graeca amputatur et mutatur. Aliam autem causam videtur habere praetermissio verborum (§ 19) *ὁρῶ γὰρ ὅτι καὶ τὰ θνητὰ σώματα ὅσον ἂν ἐν αὐτοῖς χρόνον ᾖ ἡ ψυχή, ζῶντα παρέχεται.* Aequitate enim vocabulorum q. s. *ἐπείσθην* et *πέπεισμαι* (et *εἰκὸς εἶναι*), adducitur, ut verba quae ab iis pendent, in unum comprehendat, voces autem, quae contextum intermittunt, silentio praetereat. Quod vero attinet ad § 22 *καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδούμενοι ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι* (Cic. p. 160_{9} 'sic me colitote ... ut deum'), primus I. Sommerbrodt in 'Mus. Rhen.' 21 (1866) p. 285—290 Ciceronem aliud atque Xenophontem de industria scribere

voluisse recte cognovit. Perseverat enim Tullius in immortalitate demonstranda sermone Xenophonteo neglecto. Et neglegenda erant verba *ποιεῖτε ἃ ἐγὼ δέομαι,* quia respiciunt ad ea, quae ante hunc locum sunt (§ 17 in.) *τιμᾶτε ἀλλήλους.* Illa autem verba 'sic me colitote ut deum' necessario ex immortalitate animorum concluduntur. Ut 'bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet' (somn. Scip. 26 (377_{2}), cf. Tusc. disp. I 27 (289_{25})), ut Scipio Africanus et Aemilius Paulus in 'circo splendidissimo candore inter flammas elucente' (ibid. 16 p. 373_{13}) versantur, ut Cato ipse sperat 'praeclarum diem, cum in illud divinum animorum concilium coetumque proficiscatur' (de senect. 84 p. 161_{15}), ita consentaneum est regem Cyrum mortuum in caelestium coetum migrare. Sequentia vero verba Cicero ex Xenophonteis breviter contrahit; illud autem (160_{13}) 'memoriam nostri e. q. s.' respicit et ad vocabula respondentia (160_{9}) 'me colitote ut deum' et ad sententiam similem (§ 80 p. 159_{25}) 'nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi efficerent, quo diutius memoriam sui teneremus'. Dein, ut supra in § 18 auctoris Graeci similis sententia, ita hoc loco consequenter cogitatio praetermittitur haec (§ 22) *μήποτε ἀσεβὲς μηδὲν μηδὲ ἀνόσιον μήτε ποιήσητε μήτε βουλεύσητε.* Tali quoque consequentiae tribuendum est, quod pro voce (§ 20) *φρονιμώτατον* legitur (159_{35}) 'sapientem'. Nam cum paulo ante dixerit 'tum animum esse insipientem' (159_{31}), legem concinnitatis rhetoricam aliquid secutus positive loqui pergit 'tum esse sapientem'. Sed verba Xenophontis negleguntur, totius loci vis levatur, quia omnia huic oratorum mori postponit. Iam vero 'Latinam linguam . . . locupletiorem etiam esse quam Graecam' (de fin. I 10 p. 96_{23}, cf. Tusc. II 35 p. 341_{12}, III 10 p. 359_{19}) et sibi persuasit — haud dubie iniuria — et re probare studet. Nam voces q. s. § 20 *ἄκρατος καὶ καθαρός* pari modo Latine duabus q. s. (159_{34}) 'purus' et 'integer' interpretatur, quamquam vocabulum q. e. *ἄκρατος* iam satis vocibus q. s. 'omni admixtione' expressum est. Similiter etiam verbum 'maxime' (§ 81 p. 160_{4}) explicandum esse puto. Quamvis superlativum q. e. *θειοτάτη* tantum verbis q. s. 'divinitatem suam' (non 'maximam') reddat, quo his verbis sequentia nova (160_{7} 'quales futuri sint, cum se plane . . .') maiora et graviora opponere possit, tamen sibi non temperat, quin vocabulum q. e. 'maximam' plane omittat, sed in adverbium mutatum ad verbum q. e. 'declarant' adiungit. Quare sensus verborum alio videtur spectare.

At postquam cognovimus, quam libere et ad res accommodate Cicero auctoribus uti sit solitus, similitudines longe praeponderare fortissime nunc affirmandum est; nam S o m m e r b r o d t i u s (edit.[12] p. 67) verba de Xenophontis oeconomico decerpta auctorem fortasse ex memoria

conscripsisse censet. Sed eaedem in utroque auctore coniunctiones, iidem ordines sententiarum ac rerum contraria demonstrant. Nunquam tanta consensio fieri potest casu, nisi forte etiam maior Ciceronis memoria fuit quam qua Catonem fuisse auctor in hoc libro (§ 21 p. 139_{2} sq.) credit.

Adhuc locuti sumus, ne progressionem sententiarum interrumperemus, tamquam certum esset Tullium ipsum hos tres locos 'Catoni' suo inseruisse. Tamen hoc minus probabile est. Platonis quidem locus integer et tam plenus, quam exstat apud Ciceronem, in auctore Graeco, quem Tullius in 'Catone' conscribendo sequebatur, fuisse vix potest, quia menti Stoicae, quam omnibus aliis locis occurrere infra p. 45 sq. ostendemus, repugnant extrema verba (§ 8 p. 134_{30}) 'Nec enim in summa inopia levis esse senectus potest ne sapienti quidem nec insipienti etiam in summa copia non gravis'. Stoicus enim divitias non minus quam honores tamquam 'levia atque communia' (§ 63 p. 153_{36}) contemnit neque sapienti paupertatem aut senectutem gravem esse credit. Praeterea Platonis de rep. libros in bibliotheca Ciceronis omni tempore praesto fuisse ostendit locus de div. II 59 (217_{24}) '. . . Platonis Politian nuper apud me mures corroserunt'. Quam autem multa ex illis Platonicis, quae apud Ciceronem leguntur, in auctore Graeco fuerint, cognoscere iam non possumus. Sed Tullium per auctorem Graecum, non sua scientia ad hunc Platonis l. perductum esse fortasse docent: § 46 ($147_{34\ \mathrm{et}\ 35}$) ∾ Plat. de rep. I 328 D *ἔμοιγε, ὅσον αἱ κατὰ τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἀπομαραίνονται, τοσοῦτον αὔξονται αἱ περὶ τοὺς λόγους ἐπιθυμίαι τε καὶ ἡδοναί* (v. d. Ton p. 107) et § 47 = de rep. I 329 C, quos locos p. 7 comparavimus, et § 49 (148_{28}) ∾ de rep. I 329 C, ut p. 7/8 cognovimus, et § 65 (154_{25}) 'sed haec morum vitia sunt, non senectutis' ∾ de rep. I 329 D *μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων* et § 77 (158_{21}) '. . . vitam, quae est sola vita nominanda' (cf. § 82 p. 160_{28}) ∾ de rep. I 329 A *τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες*. Quae verba omnia ex eadem parte de rep. I sumpta Ciceronem ipsum inseruisse non credam. Sed verisimile est aliquam partem Platonici loci, quam Tullius praebet, iam in exemplari fuisse, quia in omnibus fere de senectute libris vel diatribis adhiberi solebat. Nec minus Ciceronem locum Xenoph. oec. aut certe nomen huius libri iam apud auctorem Graecum invenisse probabile est. Nam quattuor illis paragraphis, quae Lysandri et Cyri narrationem subsequuntur (5_{1-4}), fundamenta eius partis, qua de rebus rusticis (Cat. 51—57) agitur, iacta sunt. Idem enim est ordo rerum:

1. *ἡδυπάθεια* = Cat. m. § 51—54 (149_{22}—151_{4})
2. *οἴκου αὔξησις* = Cat. m. § 56—57 med. (151_{32}—152_{3})
3. *σωμάτων ἄσκησις* = Cat. m. § 57 (152_{7-11}).

Quamquam singularum partium in ‘Catone’ diversissimae longitudines aliquid difficultatis habent, tamen transitiones luce clarius hanc divisionem auctori in animo fuisse demonstrant: § 56 (151_{28}) ‘Mea quidem sententia haud scio an nulla (scil. senectus) beatior possit esse, neque solum officio . . sed et delectatione, de qua dixi, (1) et saturitate copiaque rerum omnium (2)’; § 57 (152_{5}) ‘brevi praecidam: Agro bene culto nihil potest esse nec usu uberius (2) nec specie ornatius (1); ad quem fruendum non modo non retardat (3) . . . senectus’. Sed ea quae Xenophon in universum, eius imitator de senectute sola dicit vel dicere studet neque tamen alterum *περὶ αὐξήσεως οἴκου* locum omittit. Ceterum rem suo ingenio et multo uberius quam Xenophon tractat. Nihilo setius similitudines inveniuntur. Totum locum perscribo (vide v. d. Ton p. 121):

Ταῦτα δέ, ὦ Κριτόβουλε, ἐγὼ διηγοῦμαι, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὅτι ‚τῆς γεωργίας οὐδ’ οἱ πάνυ μακάριοι δύνανται ἀπέχεσθαι‘. „ἔοικε γὰρ ἡ ἐπιμέλεια αὐτῆς εἶναι ἅμα τε ἡδυπάθειά“ τις καὶ „„οἴκου αὔξησις““ καὶ σωμάτων ἄσκησις εἰς τὸ δύνασθαι ὅσα ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ προσήκει. πρῶτον μὲν γὰρ «ἀφ’ ὧν ζῶσιν οἱ ἄνθρωποι», ταῦτα ἡ γῆ φέρει ἐργαζομένοις, καὶ „ἀφ ὧν τοίνυν ἡδυπαθοῦσι“, προσεπιφέρει· ««ἔπειτα δὲ ὅσοις κοσμοῦσι βωμοὺς καὶ ἀγάλματα»» καὶ οἷς αὐτοὶ ‘«κοσμοῦνται»‘, καὶ ταῦτα μετὰ ἡδίστων ὀσμῶν καὶ θεαμάτων παρέχει· ἔπειτα δὲ “«ὄψα πολλὰ τὰ μὲν φύει, τὰ δὲ τρέφει»“· καὶ γὰρ ἡ !προβατευτικὴ τέχνη! συνῆπται τῇ γεωργίᾳ, ὥστε ἔχειν καὶ θεοὺς ἐξαρέσκεσθαι θύοντας καὶ αὐτοὺς χρῆσθαι. “«παρέχουσα δ’ ἀφθονώτατα τἀγαθὰ»“ οὐκ ἐᾷ ταῦτα μετὰ μαλακίας λαμβάνειν, ἀλλὰ ‚«ψύχη τε χειμῶνος», καὶ «‚θάλπη θέρους,» ἐθίζει καρτερεῖν.

§ 8: *τίς δὲ ξένους ἀφθονώτερον δέχεται; χειμάσαι δὲ «‚πυρὶ ἀφθόνῳ,» καὶ*

§ 60 (153_{4}) ‚Hac igitur fortuna‘ frui licet senibus.

§ 51 (149_{22}) Venio nunc ad „voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector“; quae nec ulla impediuntur senectute et mihi ‚ad sapientis vitam proxime videntur accedere‘. (passim:) voluptas, delectatio, oblectamentum.

§ 56 (151_{31}) „„. . et saturitate copiaque rerum omnium““, «quae ad victum hominum», ««ad cultum etiam deorum pertinent»».

§ 54 (150_{36}) Nec vero segetibus solum et pratis et vineis et arbustis res rusticae laetae sunt, sed hortis etiam et pomariis, tum !pecudum pastu!, apium examinibus, ‘«florum omnium varietate»‘. § 56 (151_{35}) “«Semper»“ enim boni assiduique domini “«referta cella vinaria, olearia, etiam penaria»“ est, villaque “«tota locuples est, abundat porco, haedo, agno, gallina,»“ lacte, caseo, melle.

θερμοῖς λουτροῖς ποῦ πλείων εὐμάρεια ἢ ἐν χώρῳ τῳ; ποῦ δὲ ἥδιον θερίσαι «⁝ὕδασί⁝» τε καὶ πνεύμασι «⁝καὶ σκιαῖς⁝» ἢ κατ'ἀγρόν; (Meissner 'N. Jahrbb.' 1871 $_{64}$).

§ 57 (152_{9}) Ubi enim potest illa aetas aut «„calescere vel apricatione melius vel igni,» aut vicissim «⁝umbris aquisve⁝» ,«refrigerari», salubrius?

Itaque si Xenophontis locum iam ab auctore Graeco allatum esse verum est, ea discrepantia, quam p. 12 exposuimus, facile explicari potest. Auctor enim Graecus, nisi erramus, fortunae vocabulum eodem sensu quo Xenophon recte posuit, cum eius verbis sua annecteret, sed Cicero quamquam Xenophontea male intellexerat, tamen cum erroris sibi conscius non esset, quae sequuntur cum antecedentibus eadem voce fortunae conexuit, quam in exemplari invenerat. Nihil denique est, quod tertium locum (§ 79—81) iam auctoris Graeci fuisse negemus, praesertim cum ex eodem capite eiusdem libri sit § 30 'Catonis' sumpta (v. d. Ton p. 69). Accedit, quod in § 80 et 81 tria additamenta, quamvis parva, inveniuntur, quae ad certum philosophum indagandum viam monstrare videantur (cf. infra p. 78).

II. De Cicerone sui imitatore et de exemplis 'Catonis'.

Cum ex iis, quae modo dixi, verisimile sit locos Platonis et Xenophontis vel totos vel aliqua ex parte iam in exemplari Ciceronis fuisse, alias tamen res Tullium demum adiecisse evinci potest. Nam, ut iam v. d. Ton p. 142 vidit et Schroeterus p. 39—43 exposuit, ex Tusc. disp. I complura in 'Catonem' translata sunt. Sed Schroeterus modum non servat et, quotienscumque pauca verba eadem aut similia atque in 'Catone' esse intellexit, totas sententias et orationis partes Ciceroni attribuit; putat enim Tullium memoriter ea inseruisse. Hoc autem est memoria Ciceronis abuti. Nam nisi verba ipsa tantopere concinunt, ut ex priore scripto nulla vi adhibita 'Catonis' sermo efficiatur, memoria Tullii consensus fieri non potest. Sed in Tusc. disp. I, quae verba re vera in 'Catone' auctor imitatus est, ab iis, quae aliquid tantum similitudinis habent, plane secerni possunt. Certe igitur inde hausta esse equidem credo tantum haec: a) Tusc. I 31 (290_{34}—291_{1}) ∾ Cat. 24 (140_{1-4}); b) Tusc. I 32, 33, 35 (291_{13}—292_{11}) ∾ Cat. 82 (160_{15-31}); c) Tusc. I 43—71 (carptim) ∾ Cat. 78 (158_{36}—159_{17})[1]); d) Tusc. I 89 (313_{14-23}) et 101 (318_{14-18}) ∾ Cat. 75 (157_{27}—158_{5}); e) Tusc. I 117 (325_{24-30}) ∾ Cat. 73

---

[1]) Socratem 'esse omnium sapientissimum oraculo Apollinis iudicatum' (§ 78 p. 159_{1}) Ciceroni notum erat; nam vide Acad. post. I 16 (p. 8_{35}), de fin. II 1 (122_{2}), Lael. 7 (164_{33}), 10 (165_{25}).

(157_{13-19}). Hos locos etiam Schroeterus affert praeter primum et alterius ultimam partem, quae nunc in conspectu colloco:

Tusc. I 31: ,‘Serit arbores, quae alteri saeclo prosint’,‘ „ut ait ille in Synephebis“, quid spectans nisi etiam postera saecula „‚ad se pertinere‘“? Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet bacam ipse numquam.

Tusc. I 35: . . . omnesque, qui ubique sunt, consentiunt esse ‚aliquid, quod ad eos pertineat‘, „qui vita cesserint“, nobis quoque idem existimandum est, et si, quorum aut „‚ingenio aut virtute animus excellit‘“, eos arbitramur, quia natura optima sint, «cernere» naturae vim maxume, veri simile est, cum ««optumus quisque»» »maxume posteritati serviat«, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus.

Cat. 24: sed idem in eis elaborant, quae sciunt nihil „‚ad se‘“ omnino „‚pertinere‘“: ‚‘Serit arbores, quae alteri saeculo prosint’‘, „ut ait Statius noster in Synephebis“. Nec vero dubitat agricola, quamvis sit senex, quaerenti, cui serat, respondere: ‘Dis inmortalibus . . .’.

Cat. 82 (160_{17}): . . multos praestantes viros . . . . tanta esse conatos, ‚quae ad posteritatis memoriam pertinerent‘, nisi animo «cernerent» posteritatem ‚ad se ipsos‘ (Simbeck: posse) ‚pertinere‘ . . . (160_{26}) Sed nescio quo modo „‚animus erigens‘“ se posteritatem ita semper prospiciebat, quasi, „cum excessisset e vita“, tum denique victurus esset. Quod quidem ni ita se haberet, ut animi inmortales essent, ««haud optimi cuiusque animus»» »maxime ad inmortalitatem et gloriam niteretur«.

Non semper Schroeterus magnam similitudinem locorum satis perspexit. Nam, ut certo exemplo utar, inter Tusc. I 33, 34, 35 et Cat. 82 non solum nonnulla, ut Schroeterus putat, congruunt, sed, si accuratius perquiris, omnia fere verba et sententiae[1]) ‘Catonis’, quamvis alio ordine, inveniuntur illo Tusc. loco. Ciceronem autem Tusc. disp. ipsas inspexisse luce clarius est. Quin etiam, si diligentius Cat. 73 cum Tusc. I 117 (vide Schroeterum p. 41) comparabimus, observabimus Tullium saepe in ‘Catone’ certo consilio id vocabulum evitasse, quod in Tusc. posuerat; imprimis animum intende ad Solonis elogium: hic oratione recta dicitur, illic obliqua; hic ‘lacrimis’, illic ‘lamentis’; hic ‘maeror’, illic ‘dolor’; hic ‘carere’, illic ‘vacare’. Omnino Ciceronis consuetudo est, id quod

[1]) praeter nomina Paulorum et Africanorum et sententiam ‘tum denique victurus esset’, quacum cf. Cat. 77 (158_{21}) ‘vitam, quae est sola vita nominanda’ et § 7 (134_{6}) ‘. . voluptatibus . ., sine quibus vitam nullam putarent’ (= Plat. de rep. I 329 A καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες).

ex his locis cognoscere potes, ut alio ordine et alia ratione res describat atque in prioribus libris[1]).

Sed multa alia operae Tullii debentur. Quae si sequenti quaestione exquirere studebimus, facere non poterimus, quin afferamus, quid Cicero ipse de libris philosophis suis senserit. Nota quidem sunt haec verba (ad Att. XII 52_3): 'Ἀπόγραφα sunt, minore labore fiunt, verba tantum affero, quibus abundo.' Contra quae non repugnant verba de fin. I 6—7, sed, quia librum in lucem editurus erat, obscuriore sermone utitur (95_{18}) 'Sed id (scil. transferre poetarum Romanorum modo) neque feci adhuc nec mihi tamen, ne faciam, interdictum puto' neque sui in conscribendo meriti obliviscitur (94_{32}) 'non interpretum fungimur munere, sed tuemur ea, quae dicta sunt ab iis, quos probamus, eisque nostrum iudicium et nostrum scribendi ordinem adiungimus'. Quae verba etiam in 'Catone' valere paragrapho 48 demonstratur. Hic enim verba 'ut diximus' ex exemplari servata videntur esse, quia vocabula 'parvulis fruitur rebus' in antecedenti sermone non leguntur. Itaque aut ordo sententiarum immutatus est (sequentia enim verba fortasse praebent similia: § 50 p. 149_{14-21}, § 64 p. 154_{19}, cf. Moorii (edit. New-York 1903) adnotationem) aut locus, ad quem pertinent, a Cicerone omissus est; ad vocabulum q. e. 'minimum' (§ 45 p. 147_{29}) pertinere non possunt, ut arbitratur Schroeterus p. 24, quia illud in rerum contextu longe alio spectat: (§ 45) '. . . Graeci, qui hoc idem tum compotationem, tum concenationem vocant, ut, quod in eo genere minimum est, id maxime probare videantur', item non ad § 45 et 46, ut Moorius adnotat, quod 'diximus', non 'vidimus' legitur.

Ciceronis autem ipsius iudicium, quo gloriatur de fin. I 6, magis in electis sententiis unius vel diversorum auctorum et imprimis in immixtis exemplis Romanis quam in novis sententiis expositis et novis argumentis allatis inveniri mihi videtur posse. Et id certe interpreti Latino summae laudi est dandum (cf. de div. II 8 p. 199_2), quod 'Catoni' tam crebro rerum Romanarum exempla inseruit. Quod ut assequeretur, historiae diligentissime studendum ei iam non erat[2]). Nam de gravissimis rebus iam pridem eum idem sensisse et novisse consentaneum est. Velut etiam ex l. de nat. deor. III 11 (111_{18} 'qui tum erat princeps') vel ex l. de fin. III 37 (185_{19} 'quem tu in ore semper habes') vel aliis ex locis apparet, quanti Catonem ante hunc librum fecerit, et Scipionem Catoni 'studio suo se totum ab adulescentia dedidisse' (de rep. II 1 p. 306_4 sq., cf. Cat. 28/9) Tullio notum erat.

---

[1]) At cetera, quae Schroeterus cum 'Catonis' verbis confert, vix a Cicerone in 'Catonem' translata sunt, sed potius ex aliis causis explicanda sunt, quas infra p. 65 sq. cognosces.

[2]) cf. Iohannem Zingler 'de Cicerone historico quaest.' (diss. Berol. 1900) p. 2.

Neque minus apertum est et probari potest historiae exemplorum plurima nullo auctore adhibito a Cicerone esse conscripta. Quod non modo ad nomina sola, sed etiam ad res plene enarratas pertinet. Eadem enim nomina, ut nonnulla afferam exempla, in § 13 (136_{12} 'Scipiones aut Maximi') et § 61 (153_{23} 'de Paulo aut Africano .. aut .. de Maximo' cf. quoque § 15 p. 137_{14}) tamquam formula sit afferuntur atque de orat. I 210 (50_{15} Fr.) 'Africanorum et Maximorum', de fin. III 37 (185_{18}) 'Maximorum aut Africanorum aut eius (scil. Catonis)'; inter alia nomina inveniuntur etiam de orat. II 290 (142_{26}), de nat. deor. II 165 (105_{34}), de rep. I 1, Tusc. I 110 (322_{13}), alibi. 'Fabricii, Curii, Coruncanii' (Cat. 15 p. 137_{16}; cf. § 43 p. 146_{32}) nominantur etiam de nat. deor. II 165 (105_{32}) 'Curium, Fabricium, Coruncanium' et eodem ordine atque in 'Catone' etiam in *Lael.[1]) § 18 (168_{31}); horum nonnulli saepe aliis viris interpositi sunt: de orat. III 56 (176_{24}), Tusc. I 110 (322_{22}), alibi. Etiam melius cognoscere possumus Tullium, quamvis eius dictio, dummodo velit, admirabili varietate sit, inscium eandem dicendi viam, quam consuevit, inire; nam cf. cum exemplo Flaminii (§ 11 p. 135_{28}) hoc locos: de invent. II 52 (191_{12} Fr.) 'C. Flaminius is, qui consul rem male gessit bello Punico secundo, cum tribunus plebis esset, invito senatu et omnino contra voluntatem omnium optimatium per seditionem ad populum legem agrariam ferebat' et Brut. 57 (236_{31}) 'Dicitur etiam C. Flaminius, is qui tribunus plebis legem de agro Gallico et Piceno viritim dividundo tulerit, qui consul apud Trasumennum sit interfectus, ad populum valuisse dicendo'; cf. cum exemplo Curii (§ 55 p. 151_{9} sq.; vide Moorium p. 125)[2]) de rep. III 40 (348_{24}) 'Cuius etiam focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, ut ex ipso audiebamus, visere solebat, apud quem sedens ille Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum, dona repudiaverat', de leg. II 3 (405_{22}) 'quom ... antiquo more parva esset villa, ut illa Curiana in Sabinis', parad. VI 48 (212_{24}) 'utrum aurum Samnitium an responsum M'. Curi?' De certo libro, quem exscripsit, vix (fortasse praeter Flaminii locos) cogitari potest, praesertim cum etiam eadem coloris rhetorici verba redeant, velut in P. Decii (§ 43 p. 146_{32} et § 75 p. 157_{30}) exemplo semper fere verba 'in hostes equum immittere' et 'se devovere' occurrunt: de fin. II 61 'Num etiam eius collega P. Decius, princeps in ea familia consulatus, cum se devoverat et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat, aliquid de voluptatibus suis cogitabat? Ubi ut eam caperet aut quando? cum sciret confestim esse

[1]) Locos, quos Cicero post 'Catonem' scripsit, stellula notavi.

[2]) Frugalitas eius proverbio celebrata saepe apud Ciceronem laudatur: parad. I 12 (200_{28}), VI 50 (213_{11}), de fin. II 30 (134_{36}), de rep. III 6 (333_{30}), 40 (348_{22}).

moriendum eamque mortem ardentiore »studio peteret«, quam Epicurus voluptatem petendam putat. Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus »quarto consulatu suo« filius', Tusc. II 59 (351_{6}) 'Fulgentis gladios hostium videbant Decii, cum in aciem eorum irruebant', de nat. deor. III 15 (112_{17}) 'Deciorum devotionibus ..; rebantur enim fore ut exercitus imperatorem equo incitato se in hostem inmittentem persequeretur, id quod evenit', parad. I 12 (200_{26}) 'Quae patrem Decium, quae filium devota vita inmisit in armatas hostium copias?', de *div. I 51 (164_{32}) 'Post triennium autem (scil. P. Decius), cum consul esset, devovit se et in aciem Latinorum inrupit armatus... Cuius mors ita gloriosa fuit, ut eandem concupisceret filius'. — In Reguli exemplo (§ 75 p. 157_{31}) deesse non solent verba 'fidem hosti datam conservare' et 'ad supplicium redire': de fin. II 65 (147_{30}) 'M. Regulum..., quem quidem, cum sua voluntate, nulla vi coactus praeter fidem, quam dederat hosti, ex patria Carthaginem revertisset, tum ipsum, cum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium', de *off. I 39 (15_{20}) 'Atque etiam si quid singuli temporibus adducti hosti promiserunt, est in eo ipso fides conservanda, ut primo Punico bello Regulus captus a Poenis cum de captivis commutandis Romam missus esset iurassetque se rediturum, primum, ut venit, captivos reddendos in senatu non censuit, deinde, cum retineretur a propinquis et ab amicis, ad supplicium redire maluit quam fidem hosti datam fallere', de *off. III 99—100 'M. Atilius Regulus cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset . . . (123_{2}) Neque vero tum ignorabat se ad crudelissimum hostem et ad exquisita supplicia proficisci, sed ius iurandum conservandum putabat', *ibidem III 103 (123_{37}) '. . . ut hoc ipsum videtur honestum, conservandi iuris iurandi causa ad cruciatum revertisse'. — Neque tamen tales locos Cicero, cum 'Catonem' componeret, dilucidissime semper in mente habebat, sed potius ex ingenio suo ita scribebat, quod, ut in omnibus hominibus, necesse erat eadem vel similia verba libentissime eligere. Iam vero certi sententiarum ordines ei omni tempore videntur praesto fuisse, ut factum P. Decii de fin. II 61 voluptatibus et Epicuri placitis eodem modo quo Cat. 43 opponit; animadvertas quoque velim utroque loco dici 'quarto consulatu'. Omnino operae pretium est ceteros similes Ciceronis locos ad 'Catonem' explicandum afferre et observare, quibus et rebus et verbis congruant:

cum § 1 (132_{1}) cf. de fin. V 4 (236_{35}) 'Pomponius quidem, inquam, noster iocari videtur, et fortasse suo iure. Ita enim se Athenis collocavit, ut sit paene unus ex Atticis, ut id etiam cognomen videatur habiturus'. **cum § 3** (132_{27}) **et § 26** (140_{29}) cf. de rep. VI 1 (366_{8}) 'Scire etiam

debet ius (scil. rector rei publicae), Graecas nosse litteras, quod Catonis facto probatur, qui in summa senectute Graecis litteris operam dans indicavit, quantum utilitatis haberent'; Acad. prior. II 5 (23_{27}) 'Ego autem cum Graecas litteras M. Catonem in senectute didicisse acceperim, P. autem Africani historiae loquantur in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit, Panaetium unum omnino comitem fuisse, nec litterarum Graecarum nec philosophiae iam ullum auctorem requiro' (de Maximo dicitur Cat. 12 'Est in manibus laudatio, quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus?'); **cum § 5** (133_{16}) cf. de leg. II 5 (406_{8}), de *div. I 28 (156_{5}), de *off. III 16 (94_{18}), *Lael. 6 (164_{19}), *6 (164_{26}); **cum § 11** (135_{21}) cf. Brut. 72 (241_{7}); **cum § 12** (135_{35}) cf. Tusc. III 70 (384_{3}) 'Qualis fuit Q. Maxumus efferens filium consularem', de nat. deor. III 80 (135_{19}); **cum § 16** (137_{18}) cf. Tusc. V 112 (463_{9}) 'Appium quidem veterem illum, qui caecus multos annos fuit, et ex magistratibus et ex rebus gestis intellegimus in illo suo casu nec privato nec publico muneri defuisse' et Brut. 55 (236_{13}) 'Possumus Appium Claudium suspicari disertum, quia senatum iamiam inclinatum a Pyrrhi pace revocaverit'; **cum § 22** (139_{16}) cf. Tusc. III 11 (360_{6}) 'Qui ita sit adfectus, eum dominum esse rerum suarum vetant duodecim tabulae'; **cum § 35** (143_{27}) cf. Brut. 77 (242_{4}) 'Filius quidem eius, »is qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit«, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus', de *off. I 121 (42_{6}) 'superioris filius »Africani, qui hunc Paulo natum adoptavit«, propter »infirmitatem valetudinis« non tam potuit »patris similis« esse, quam ille fuerat sui'; **cum § 43** (146_{24}) cf. Brut. 55 (236_{15}) 'possumus (scil. suspicari disertum) C. Fabricium, quia sit ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus orator'; **cum § 45** (147_{19}) cf. de fin. V 64 (263_{9}) 'Nos enim »ad sacra Idaea accipienda« optimum virum delegimus'; **cum § 49** (148_{34}) cf. de rep. I 21 (281_{20}) 'nam memoria teneo C. Sulpicium Gallum, doctissimum, ut scitis, hominem', I 23 (282_{19}) 'et ipse hominem diligebam et »in primis patri meo Paulo probatum et carum« fuisse cognoveram', I 30 (285_{27}), de nat. deor. II 153 (102_{1}), *Lael. 9 (165_{23}); **cum § 50** (149_{11}) cf. Brut. 57—59; **cum § 56** (151_{21}) cf. de fin. II 12 (126_{12}) 'Itaque ut maiores nostri ab aratro adduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset, sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos'; **cum § 68** (155_{24}) **et § 84** (161_{19}) cf. Tusc. III 70 (384_{4}) 'qualis L. Paulus duobus paucis diebus amissis filiis, qualis M. Cato praetore designato mortuo filio' et consolat. secundum hunc Tusc. locum; **cum § 74** (157_{29}) cf. parad. I 12 (200_{18}) 'Brutum si qui roget, quid egerit in patria liberanda', Tusc. IV 2 (391_{20}) 'temporibus isdem, quibus L. Brutus patriam liberavit'; **cum § 75** (157_{35}) cf. de *div. II 71 (222_{17}) 'At anno

post Paulus paruit; num minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu?' et omnino cum § 75 cf. de * off. I 61 (22_{18}) 'hinc noster Cocles, hinc »Decii«, hinc »Cn. et P. Scipiones«, hinc »M. Marcellus«, innumerabiles alii, »maximeque ipse populus Romanus« animi magnitudine excellit', parad. I 12 (200_{28}) 'quid? »duo propugnacula« belli Punici, Cn. et P. Scipiones, qui »Carthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum« putaverunt, quid?', de nat. deor. III 80 (135_{17}) 'Cur igitur »duo Scipiones«, fortissimos et optimos viros, in Hispania Poenus oppressit? cur Maximus extulit filium consularem? cur »Marcellum« Hannibal interemit? cur »Paulum« Cannae sustulerunt? cur Poenorum crudelitati »Reguli« corpus est praebitum? cur Africanum domestici parietes non texerunt?', maxime vide Tusc. I 89 (Schroeterum p. 42).

Fortasse etiam narratiuncula de Salinatore et Maximo in § 11 (135_{22}) exposita in hoc numero habenda est. Attamen malim putare Ciceroni simillimum de orat. II 273 (138_4) locum vel eius auctorem ipsum re vera ante oculos fuisse. Quod ut coniciam, commoveor nescio an recte nonnullis indiciis orationis de industria aliter redditae. Fabella enim libri de orat. in 'Catone' amputatur, sed utrobique M. Livio Salinatori, non M. Livio Macato, ut historiis proditur (vide adnotationes editorum), expugnatio Tarenti crimini datur. Praeter cetera autem mirum est, quod pro verbis, q. s. in l. de orat. II 'Tarento amisso', in 'Catone' legitur 'amisso oppido' (ordine mutato), pro 'Maximus': 'Qu. Fabi', Salinatoris verba illic oratione obliqua, hic recta dicuntur ('opera sua': 'mea opera'), pro verbo q. e. 'quidni (memineram)' legitur in 'Catone' 'certe', pro verbo 'enim' legitur 'nam', pro verbo 'perdidisses' legitur 'amisisses', pro ordine verborum 'nunquam ... nisi' deligitur ordo ,nisi ... numquam'. Maxime igitur extrema exempli verba sunt variata.

Nec tamen Tullium sine ullius libri auxilio exempla Romana scripsisse verisimile est. Hunc fuisse Attici librum annalem, quod iam prius notum erat, F. Muenzer in 'Herm.' 40_{50-93} accuratissime exponit[1]). Neque vero omnia hoc uno ex libello derivari possunt. Certe Cicero, quibus annis singuli viri munere publico functi essent, illo ex annali cognoscere et gravissima facta atque personarum nomina breviter ibi allata invenire potuit, sed ut, quod de Masinissa (§ 34) vel L. Flaminino (§ 42) vel C. Duellio (§ 44) legitur, scriberet, mihi videtur alio auctore Romano opus fuisse. Deinde dubito, num, quamvis fieri posset, poetarum Romanorum versus omnes memoriter attulerit.

Sed haec mitto. Maioris enim momenti est cognoscere, quae exempla Cicero exemplari suo debuerit. Haec autem esse omnia fere Graeca

---

[1]) cf. etiam Zinglerum l. l. p. 2.

exempla statim in promptu videtur esse. Sed **Schroeterus** p. 37 sq. et 52 et passim etiam haec maxima ex parte ingenio Tullii attribuit. Atqui illum virum doctum errare probari potest. Nam praeclarum disceptandi subsidium existimo esse Plutarchi librum an seni g. s. rp., siquidem verum est locos similes non ex Cicerone, sed ex communi auctore esse sumptos[1]. Neque enim illum (p. 52) secutus equidem puto et Plutarchum (an seni p. 788 E p. 35_{21} Bernard.) et Ciceronem (Cat. 47 p. 148_{12}) separatim ex Platone ipso dictum Sophoclis repetivisse, quia uterque senectutem Sophoclis (*γεγηρακώς*; 'iam adfecto aetate') memorat, quae res narrationi Platonis deest et ex sequentibus demum verbis concludi potest (de rep. I 329 C *τῶν . . . τοιούτων ἐν τῷ γήρᾳ*), et quia uterque ea, quae ex Sophocle quidam quaerit, aut amputat aut plane omittit (uterque omittit verba Platonica 329 C *ἔτι οἷός τε εἶ γυναικὶ συγγίγνεσθαι;*). Porro non abhorret a Ciceronis narratione (§ 22 p. 139_{13}) altera Plutarchea (785 A p. 26_{8} Bernard.) de eodem Sophocle allata; utraque enim discrepans a ceteris omnibus auctoribus filios ('a filiis in iudicium vocatus est, ut ... illum quasi desipientem ...' = *ὑπὸ παίδων παρανοίας δίκην φεύγων*) actores facit, non filium, ut Apuleius apol. 37 (p. 42_{18} Helm), vel Iophontem, ut Satyrus in vita Sophoclis (p. 11—12 Iahn) et [Lucianus] macrob. 24 memoriae produnt; Plutarcho, quod versus Sophoclis affert, licuit aut ex exemplari, si plenius erat quam Tullius id reddidit, eos sumere aut ex poeta ipso. Iam grave communis auctoris indicium[2] puto esse, quod dictum Solonis Plutarchus (794 F p. 51_{20}) a sua in vita Solonis narratione (c. 30 p. 188_{4-18} Sinten.: (v. 9) *τῶν φίλων φεύγειν παραινούντων* .. (v. 16) *πολλῶν νουθετούντων αὐτὸν ὡς ἀποθανούμενον ὑπὸ τοῦ τυράννου καὶ πυνθανομένων*) dissentiens eodem modo quo Cicero (§ 72 p. 156_{37}) exponit (*πέμψαντος δὲ τοῦ Πεισιστράτου πρὸς αὐτὸν καὶ πυνθανομένου*)[3]. Praeterea alia duo apophthegmata Agamemnonis (Cic. § 31 p. 142_{13}; Plut. 789 F p. 39_{7}) et Lysandri (Cic. § 63 p. 154_{2}; Plut. 795 F p. 54_{10}), quae cum compluribus aliis gravissimis locis[4] nescio quo pacto **Schroeterus** silentio praeterit, ab utroque scriptore simillime traduntur. Ad illud Agamemnonis accedit, quod Cicero in epistula mense Maio eiusdem anni 44, quo 'Catonem' composuerat, missa (ad Att. XIV 17 A § 2) auctoris, ut opinor, quem in 'Catone' secutus erat, memor scripsit: 'et **tamen** non alienum est dignitate tua, quod

---

[1] Hoc infra p. 60 sq. exponemus et probabimus.

[2] Id **Schroeterus** p. 52/3 minoris, quam aequum est, aestimat.

[3] Sed concedo philosophum Chaeronensem, qui plus quam Cicero praebet, fabellam, nisi longior in exemplari communi quam, quae apud Tullium legitur, exstaret, facile ex Solonis vita supplere potuisse; vide **Schroeterum** p. 52.

[4] Infra p. 60 eos enumerabimus.

ipsi Agamemnoni, regum regi (= Plut. l. l. τὸν… βασιλέα τῶν βασιλέων[1]); sed 'Cato' exhibet 'dux ille Graeciae'), fuit honestum habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem'[2]). Mirum certe est, quod tot exempla Graeca Plutarchi paene congruunt[3]) cum Ciceronianis, e Romanis ne unum quidem[4]). Quae animum meum inclinant, ut Graeca exempla iam in exemplari Ciceronis fuisse credam. Sex exempla ne Schroeterus (p. 38 et 54) quidem facere potest, quin auctori Graeco attribuat, quod interpreti Latino nota ea fuisse arbitrari non potest. Sed non intellego, qua de causa illud exemplar, quo usus est, tantum res Tullio ignotas praebuisse necesse sit existimare. Cynico quidem in 'Catone' generi dicendi optime conveniunt exempla tritissima[5]). Quin etiam necesse est exempla in commentario, quem Tullius exscripsit, non defuisse. Argumentatio enim saepe tantummodo exemplis efficitur, velut primus locus, quo senectutem a rebus gerendis avocare refellitur (§ 15—26), nihil fere nisi exempla continet. Haec res eo procedit, ut § 26 ex Solonis et Socratis exemplis colligatur senes aliquid addiscere et § 29/30 solo ex sermone

[1]) Hic titulus neque Il. II 369 sq. neque aliis Homeri locis occurrit, sed regibus Persarum e gente Achaemenidarum ortis additus est primis, ut docet Ed. Meyer 'Gesch. d. Altert.' III p. 25 et 26; Ciceronis autem temporibus sic etiam alii reges Asiatici et Atreus (Sen. Thyest. 912) et Agamemnon (Liv. XLV 27_9, Vellei. I 1_2) appellabantur, quamquam Tullius titulum vix alibi, quantum video, praebet; vide Stephani 'Thes. Gr. l.' I 1 p. 185B, II p. 167B, Forcell. III² 755 (de Vit V 233), Georg. II⁷ 2129.

[2]) Interdum verba, quae in scriptis philosophis vel eorum exemplaribus adhibita sunt, Tullio epistulas scribenti in memoriam redeunt; cf. ep. ad Att. XIV 19_1 'Ille exilium meditari: nos autem alium portum propiorem huic aetati videbamus, in quem mallem equidem pervehi' cum Tusc. I 118/9 'portum potius paratum nobis et perfugium putemus. Quo utinam velis passis pervehi liceat' et Cat. 71 (p. 156_{31} sq.); cf. ibidem XVI 7_7 'sed abesse hanc aetatem longe a sepulcro negant oportere' cum Cat. 66 (155_6) 'mortis, quae certe a senectute non potest esse longe'; vide etiam, quae Bootius (edit. 1886 Amstelod.) de Lucilii versibus ad ep. ad Att. XIII 52_1 adnotat.

[3]) Locos, qui plane discrepant cum exemplis Graecis Tullii, non inveni.

[4]) praeter narratiunculam de Appio Claudio (Cic. § 16 p. 137_{18}; Plut. 794D p. 51_7) explicatam; hanc autem Plutarchum ex vita Pyrrhi ipsa (c. 18/9 p. 307_3 sq. S.) repetivisse et Schroeterus p. 52 perbene cognovit et, si hunc locum legeris, tibi facile persuadebis, quia eaedem sententiae redeunt.

[5]) Id infra accuratius exponere nobis in animo est. Argumenta, quibus Schroeterus p. 37 et 38 plurima exempla Graeca esse Ciceronis demonstrare vult, et pauca et futilia sunt. Nam inde, quod aliquando Tullius 'ex aliis tragoediis Sophocleis plures locos transtulit' vel ad Oedipum Coloneum laudandum de fin. V 3 (236_{21}) descriptione loci Colonei perductus est, colligere hanc Sophoclis fabellam Tullio (cf. § 22) notam fuisse ineptum est. Etiam propter speciem orationis vere Graecam (Aristides et Lysimachus more Cynico proferuntur cf. p. 40) nego exemplum Themistoclis (§ 21 p. 138_{33}) a Cicerone ipso fictum esse, quamquam certe sciebat (cf. Schroeterum p. 37; adde de orat. II 299 p. 144_{33} et 351 p. 157_{13}) singularem fuisse Themistoclis memoriam; nusquam quoque simili ratione ac § 21 loquitur.

Cyri maioris Xenophonteo (cui Cicero ipse exemplum Metelli adiungit) 'defectionem virium adulescentiae vitiis effici saepius quam senectutis' (p. 141_{31}) probetur. Omnino, cum omnia fere argumenta ex vita humana ipsa sumpta sint, credibile non est exempla Graeca in exemplari non fuisse. Quae etiamsi concederemus Tullium non ex exemplari suo repetivisse, sed ex libro quodam, in quem omnia exempla senum eorumque factorum atque dictorum contracta in oratorum usum sunt (qualis exstat Valerii Maximi l. VIII 13 vel Ps.-Luciani macrobii), tamen multa in hoc libello non invenirentur exempla, non Milonis (§ 27 et 33), non Pythagorae (§ 38 et 73), non Archytae (§ 39—41), non eius histrionis, qui in § 48 (148_{23}) pro Turpione Ambivio ponendus est[1]), non Laertae (§ 54), non aliorum. Haec autem ingenio Ciceronis ficta esse vel omnia ei nota fuisse non credo; accedit, quod exempla Milonis, Pythagorae (§ 38 p. 144_{31}), histrionis, Laertae sunt Cynica, ut p. 39 sq. exponemus. Iam vero interdum mihi videntur verba ipsa, quibus exempla Romana annectuntur Graecis (§ 14 p. 136_{27} 'quod non faciebat ... Ennius'; § 27 p. 141_{10} 'Nihil Sex. Aelius tale'), indicare hoc loco Ciceronis verba sequi et antecedentia auctoris eius esse. Quis enim putet Tullium exemplum Milonis finxisse eo consilio, ut Romanos viros obiceret Graecis? Neque ullo modo nobis tam credulis esse licet, ut omnes locos, ubi Tullius Catonem primae personae formis loquentem facit, Ciceronis esse opinemur, ut Schroeterus p. 37 exemplum Arganthonii (§ 69) Ciceroni attribuit. Cur non item Solonis? (§ 26 p. 140_{27} 'Solonem versibus gloriantem videmus'.) Tamen vix credibile est Tullium tam accurate librum Herodoteum edidicisse. Praeterea ne Herodotum quidem nominat hoc loco, fortasse quia in exemplari non occurrebat. Sed satis est admonere de verbis Ciceronis ipsius, qui sibi de div. II 8 (199_{2}) ob Romana exempla, nullo loco ob externa laudem impertit[2]). Quae cum ita sint, exempla Romana Ciceronis esse, Graeca omnia fere (praeter perpauca, velut § 78 p. 159_{1} Socratis et fortasse § 23 p. 139_{28} Diogenis Stoici) auctoris Graeci esse equidem puto, ut consentaneum est, neque maximam partem libelli Tulliani iam in exemplari exstitisse cum Schroetero (p. 60) nego.

III. De Cynico in 'Catone' genere dicendi.

Priusquam quis auctor Graecus fuerit cognoscere possimus, nobis exquirendum est, quam sectam secutus sit. Hanc autem quaestionem, siquidem, quaecumque verbis aperte alienorum scriptorum remotis restant,

---

[1]) A. Gercke 'Arch. f. Gesch. d. Philos.' V p. 209 (1892) Polum bene conicit, cf. p. 63.

[2]) v. etiam de div. I 55 (166_{3}) 'Sed quid ego Graecorum? nescio quo modo me magis nostra delectant'.

una ex origine quantum possumus explicare studemus, ita tantummodo solvere licet, ut dicamus esse necesse et ob formam et ob rem ipsam auctorem de senectute Graecum esse Cynicum aut Stoicum, quam sectam quasi hereditatem Cynicorum adisse constat. Nam solis luce clarius in 'Catone' diatribae Cynicae vestigia cognoscuntur et placita, qualia in hoc libro inveniuntur, omnia horum philosophorum sunt propria. Ac primum mihi liceat reliquias Cynicae dictionis atque mentis ostendere[1]).

1. Vel species totius de senectute scripti cum sermone Cynico bene consentit.

a) Quam ad rem multum fictio adversarii valet. Contradictiones enim, quas auctor refutat, per totum librum insertae sunt: § 4 p. 133_{8} 'Obrepere aiunt eam citius quam putassent', § 15 p. 137_{11} 'A rebus gerendis senectus abstrahit', § 21 p. 138_{32} 'At memoria minuitur', § 28 p. 141_{11}, § 33 p. 142_{31}, § 34 p. 143_{19}, § 35 p. 143_{23}, § 44 p. 147_{5}, § 47 p. 148_{10}, § 65 p. 154_{24}, § 68 p. 155_{26}, § 68 p. 155_{29}. Quae altercationes plerumque particula 'at' insignes sunt aeque atque apud Graecos particula *ἀλλά* (apud Teletem etiam *ἀλλὰ ὅμως*); vide etiam Weberum p. 23 sq., Eichenbergium p. 30—32, Seidelium p. 23. In § 4 altera ratio contradictionis significandae servata est 'aiunt' = *φασίν*, ut legitur apud Tel. p. 3_{3} Hens. *Κρεῖττόν φασι τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι τοῦ εἶναι*, ibidem p. 47_{10} *φασὶ δὲ καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐντιμοτέρους εἶναι μᾶλλον τοὺς πλουσίους τῶν πενήτων. οἱ τοιοῦτοι δέ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀκούειν διότι . . .* Quae exempla item ac § 4 altercationem oratione obliqua expressam praebent, id quod raro fit. Neque minus documentum diatribae mihi ea res videtur esse, quod tota tractatio principium capit a tali interlocutione (§ 15). Quod huic libello non solum commune est cum Tel. I, IVa, IVb (p. 3_{3}, 33_{2}, 45_{2}), siquidem verba, quae nobis servata sunt prima, re vera primum initium Teletis diatribarum continuerunt, cum Cic. parad. 3 (p. 203_{5}), Epict. IV 6 (360_{16} Schenkl), aliis diatribis, fortasse etiam cum plurimis diatribis Musonii, qui altercationem in narrationem mutare et incipere solet *Ἐπεὶ δ' ἐπύθετό τις αὐτοῦ, εἰ* . . . vel similiter, sed etiam originem diatribae[2]) non nihil mihi videtur indicare.

---

[1]) Qua in re plurimum adiuvamur dissertationibus Henrici Weber 'de Senecae philosophi dicendi genere Bioneo' (Marp. Catt. 1895), Augusti Eichenberg 'de Persii satirarum natura atque indole' (Vratisl. 1905), Iosephi Seidel 'vestigia diatribae, qualia reperiuntur in aliquot Plutarchi scriptis moralibus' (Vratisl. 1906); vide etiam praeclarissimum illum librum Wendlandii 'kyn.-stoische Diatribe' ('Beiträge z. Gesch. d. gr. Philos. u. Rel.' Berol. 1895).

[2]) De origine diatribae virorum doctissimorum sententiae in diversas partes abeunt: aliter iudicant U. de Wilamowitz ('Philol. Unters.' IV p. 307—312) et O. Hense ('Teletis reliquiae' 2 p. XCIV et XCV), paulo aliter E. Norden ('Ant. Kunstpr.' I p. 129 adn.), longe aliter R. Hirzel ('de dialogo' I p. 369 adn. 2), aliter F. Susemihl ('Lit. d. Alexan-

b) Etiam responsiones, quae ad contradictiones adversarii fiunt, cum proprietatibus diatribae congruunt. Interrogationes rhetoricae, ut sunt omnino in scriptis Cynicis usitatissimae[1]), sic saepe etiam in responsione adhibentur, praecipue continuae; cf. praeter Weberum p. 29 et 51 atque Eichenbergium p. 32 Tel. p. 14_3 sq., ubi quod interlocutor dicit tribus interrogationibus cohaerentibus refellitur, et ibidem p. 55_1 sq., ubi quinque, et Epict. I 25_2 (77_9) et I 25_{32} (80_{22}), ubi quattuor, et Epict. III 26_4 (307_{17}), ubi decem, et alios locos. Item in Cat. 4 (133_{8-12}) tribus interrogationibus continentibus interlocutioni antecedenti respondetur. Similiter in § 15 (137_{11}) certe non minus tres interrogationes exstant, sed prima earum una voce, quam responsum sequitur, expressa est: ‘Quibus? an iis, quae iuventute geruntur et viribus? nullaene igitur res sunt seniles, quae vel infirmis corporibus animo tamen administrentur?

---

drin.' I p. 36 adn. 105). Mihi Wilamowitzius recte intellexisse videtur diatribam magnam partem ortam esse ex dialogo philosophico. Et Socratis praecipue rationem docendi puto a Cynicis, inventoribus diatribae, ad orationem moralem apud multitudinem plebis habendam esse translatam. Nam primum omnino Socratem tamquam patronum venerabantur. Deinde inveniuntur in diatriba reliquiae Socratici sermonis. Interdum enim integer dialogus transportatus est, ut Tel. p. 3_3: *Κρεῖττόν φασι τὸ δοκεῖν δίκαιον εἶναι τοῦ εἶναι· μὴ καὶ τὸ δοκεῖν ἀγαθὸν εἶναι τοῦ εἶναι κρεῖττόν ἐστιν; — Ἀμέλει. — Πότερον οὖν διὰ τὸ δοκεῖν ἀγαθοὶ ὑποκριταὶ εἶναι εὖ ὑποκρίνονται ἢ διὰ τὸ εἶναι; — Διὰ τὸ εἶναι. — Κιθαρίζουσι δὲ εὖ πότερον διὰ τὸ δοκεῖν ἀγαθοὶ κιθαρισταὶ εἶναι ἢ διὰ τὸ εἶναι; — Διὰ τὸ εἶναι. — κ. τ. λ.* Perlucide igitur hoc loco *ἡ μαιευτικὴ τέχνη* adhibetur; vide etiam Epict. I 1_2 et $_3$ (p. 4_{26} sq.) I 1_{16-18} (p. 7_1), I 1_{21-24} (p. 7_{19}), IV $1_{132-133}$ (p. 335_{10}), IV 1_{63-75} (p. 324_4), permultos alios locos. Praeterea, ut Socrati materiam tempus et res dabant, ita in diatriba adversarius fictus, non auctor ipse saepe ponit, qua de re disputetur, id quod modo ostendimus. Tum adversarius nusquam philosophus vel auctori doctrina par est, sed potius opiniones et errores vulgi proferens gravibus verbis castigari solet: *ὦ μωρέ, ὦ τάλας, ὦ πονηρέ,* aliter (exempla affert Weberus p. 24); personae igitur dialogi Socratici servatae sunt. (Quamquam interdum non solum discipuli inscii, sed alii homines, velut reges apud Epict. I 12_{23}, finguntur.) Servatum quoque est nomen diatribae ipsum (cuius dicendi generis de indole atque natura velim conferas R. Hirzel ‘de dialogo’ I p. 369 sq., maxime quoque Frontonis ep. ad M. Antonin. p. 146 7 Nab., quem locum idem vir doctissimus p. 371 adn. 1 explicat): nam iam Plato disputationes philosophicas saepe *διατριβάς* nominat: vide Fr. Ast lex. Platonicum I p. 504 et 505; affero tantum leg. I 625 A *προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς περὶ πολιτείας τὰ νῦν καὶ νόμων τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἅμα κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι,* Clitom. p. 406: *Κλειτοφῶντα τὸν Ἀριστωνύμου τις ἡμῖν διηγεῖτο ἔναγχος, ὅτι Λυσίᾳ διαλεγόμενος τὰς μὲν μετὰ Σωκράτους διατριβὰς ψέγοι, τὴν Θρασυμάχου δὲ ξυνουσίαν ὑπερεπαινοῖ.* Qua de causa hoc novum dicendi genus ex dialogo oriri necesse fuerit, Wilamowitzius l. l. p. 312 perbene exponit. Commutatio enim facta est, quia Cynici non iam cum paucis colloqui solebant, sed philosophicas orationes apud multitudinem habebant.

[1]) Documentum est, quod, ut nonnulla exempla afferam, apud Tel. p. 57_1 quinque, p. 3_{12} decem, p. 6_{12} duodeviginti continuae interrogationes, apud Cic. parad. 6_{42} (210_{27}) septem, apud Musonium p. 75_{12} Hens. octo leguntur.

nihil ergo agebat [Q. Maximus/[1]), nihil /L. Paulus, pater tuus, socer optimi viri, filii mei/? ceteri senes, [Fabricii, Curii, Coruncanii], . . . nihil agebant?' Idem invenitur: Sen. de ira I 8_6 '„at irati quidam constant sibi et se continent." quando? cum iam ira evanescit . . .'; Epict. I 18_{17} ($62_{20\ 21}$); I 19_9 ($65_{3\ 5}$); III 26_1 (307_{16}), alibi; vide etiam Teletis *τί λέγεις* (p. 22_1). — Aliud autem memorabile nobis occurrit in responsionibus § 34 (143_{19}) et § 44 (147_5), minus aperte fortasse etiam in § 33 (142_{32}), 35 (143_{25}), 68 (155_{30}); nam vide § 34: '„*Non sunt* ‹in senectute ‚vires'". *Ne postulantur quidem* ‚vires' ‹a senectute›.' § 44 '„„Caret" $\overset{1}{\overline{\text{epulis}}}$ $\overset{2}{\overline{\text{extructis,„que"' mensis}}}$ „,et"' $\overset{3}{\overline{\text{frequentibus poculis}}}$"[2]). „Caret" ergo etiam $\overset{1}{\overline{\text{vinulentia}}}$ „,et"' $\overset{2}{\overline{\text{cruditate}}}$ „,et"' $\overset{3}{\overline{\text{insomniis}}}$.' § 68 '„**At** senex ne quod speret quidem habet." **At** est eo meliore condicione quam adulescens . . .' Iisdem igitur fere verbis, eodem numero membrorum, eodem vocabulo incipiente, eodem ordine, simillima denique conformatione interlocutio et responsio inter se saepe opponuntur. Qua in re ardor quidam mihi videtur inesse. Vivit igitur pristinus dialogus in nova diatribae forma. Quamquam talis aequalitas altercationis et responsionis apud omnes diatribae auctores non occurrit et magis singulorum Cynicorum proprietas quam omnis diatribae habenda est: Epict. I 24_{11} (75_{15}) '*Τί οὖν ποιήσω;*' — *Τί ποιεῖς, ἐκ πλοίου ὅταν ἐξίῃς;* Plut. de tranq. animi 9 (III 220_{12} Bernard.) '*Καὶ τί' φήσαι τις ἄν, 'ἔχομεν'; τί δ' οὐκ ἔχομεν; ὁ μὲν δόξαν ὁ δ' οἶκον ὁ δὲ γάμον . . .*[3]); Sen. de benef. II 10_2 (p. 28_{17} sq. Hos.). Aliter autem mihi videntur se habere necessariae repetitiones, velut Epict. I 18_3. Et aliquid miri talem aequalitatem habere cognoscis, si cum Cat. 44 comparas Tel. p. 61_5: '*Χρειῶν γὰρ ἐστέρημαι*' — *Καὶ γὰρ ὑπουργιῶν, ἃς . . .* vel Sen. ep. 42_9 (p. 120_{12} Hens.). — Porro Cynica est forma partim vel specie concedendi, re vera aliquid maius obiciendi, qualis exstat § 21 (138_{32}) 'Credo, nisi eam exerceas . . .' et § 47 (148_{11}) 'Credo, sed ne desideratio quidem'; in § 65 (154_{25}) etiam plura et graviora crimina ipse addere videtur velle: 'Si quaerimus, etiam avari; sed haec morum vitia sunt . .'. Huius rei exempla apud Cynicos scriptores sunt: Sen. de vit. beat. 12_1 (207_{28} Herm.) 'quod ita esse concedo; sed . . .', ibidem de ira I 6_1 (52_{19}), I 8_7 (56_1), I 10_4 (57_{15}), Cic. parad. 3_{23} (204_{10}), Muson. p. 60_7 *καί. δεινὸν ἂν τοῦτο τῷ ὄντι ἦν . . . νῦν δὲ . . .*, Epict. I 27_{21} (86_6), ibidem I 19_6

[1]) Tales unci significant inclusa verba in exemplo Graeco ponenda non esse, sed fortasse similia.

[2]) A Muellero et Simbeckio dissentiens cum aliis editoribus graviter distinxi, quia interlocutio mihi certa videtur esse; cf. Tel. p. 61_5 et Sen. ep. 42_9, quos locos iam perscribam.

[3]) Hoc Plutarchi exemplum affert Seidelius p. 23, sed alia ex causa.

(64_{19}), alibi; apud Epictetum multo saepius talis concessio in altercatione invenitur *ναί*, *ἀλλὰ* . . ., ut I 6_{30} (24_{8})[1]). Usitatissima autem ratio respondendi et refellendi est certe negatio aut saltem impugnatio, ut habes et plerisque 'Catonis' locis, quos attuli, et iis, qui supersunt: § 68 (155_{28}) et § 28 (141_{16}).

c) Egregium autem documentum diatribae exstat in § 27, ubi auctor, postquam dictum Milonis attulit, subito in athletam ipsum recta oratione invehitur (p. 141_{8}) 'Non vero tam isti (scil. lacerti sunt mortui) quam tu ipse, nugator! neque enim ex te unquam es nobilitatus, sed ex lateribus et lacertis tuis.' Quod apud diatribae scriptores invenitur: Seneca enim, ubi flagitia Cambysis (de ira III 14) et Astyagis (c. 15) verbose exposuit, eos compellat ita (p. 125_{6} Herm.) 'quid gemis denuo? quid exspectas, ut te aut hostis aliquis per exitium gentis tuae vindicet aut rex a longinquo potens advolet? . . .'; idem dicit de ira III 37_{4} (145_{16}) 'minus honorato loco positus irasci coepisti convivatori, vocatori, ipsi qui tibi praeferebatur: demens, quid interest, quam lecti premas partem? honestiorem te aut turpiorem potest facere pulvinus?'; vide etiam Epict. III 1_{21} (210_{1}) Muson. p. 48_{9}[2]). — Omnino obiurgationes diatribarum sunt propriae (cf. Weberum p. 24, Eichenbergium p. 33, Seidelium p. 31). Neque desunt in 'Catone', ut modo cognovimus; cf. etiam § 4 (133_{7}) 'tanta est stultitiae inconstantia atque perversitas', § 4 (133_{9}) 'quis coegit eos falsum putare?', § 17 (137_{31}), § 39 (145_{10}), § 39 (145_{14}), § 41 (145_{34}), § 66 (155_{7}), § 67 (155_{13}), § 68 (155_{28}).

2. Saepissime quoque verba vulgaria, quae cum comoediae et satirae tum diatribae propria sunt, in 'Catone' leguntur.

a) Vel ex exitu suo cognoscuntur, velut

1) vocabula deminutiva (cf. Weberum p. 9 et 34, Eichenbergium p. 7, Seidelium p. 9): § 38 (145_{1}) lectulus, § 50 (149_{19}) versiculus, § 52 (150_{8}) malleolus, § 52 (150_{12}) claviculus, § 53 (150_{17}) articulus, § 53 (150_{25}) adminiculum[3]); § 33 (143_{4}) paululus, § 48 (148_{21}) parvulus, § 52 ($150_{5/6}$) tantulus; § 51 (149_{35}) geniculatus.

2) vocabula desinentia in -arius, -arium, -orium (cf. Roenschium 'Itala u. Vulgata' p. 31—37, Weberum p. 34): § 54 (151_{1}) pomarium, § 56 (151_{36}) cella vinaria, olearia, penaria, § 84 (161_{14}) devorsorium.

3) adiectiva desinentia in -osus (cf. Roenschium p. 125—128, Weberum p. 34, Eichenbergium p. 9): omissis verbis q. s. odiosus

---

[1]) Omnia exempla inveniuntur in indice edit. Schenkl. maioris (p. 509 C) s. v. *ἀλλά*.

[2]) Hoc exemplum Weberus p. 23 affert; de exemplis, quae idem p. 45 congessit, unum (Sen. de benef. II 16_{2}) ad hanc proprietatem pertinet.

[3]) cf. Hermanni Roensch librum 'Itala u. Vulgata' Marp. Catt. 1875² p. 37.

et otiosus § 26 (140_{24}) operosus, § 29 (141_{32}) libidinosus, § 36 (144_{9}) somniculosus, § 39 (145_{11}) vitiosus, § 47 (148_{15}) furiosus, § 65 (154_{24}) morosus, § 72 (156_{36}) animosus.

4) substantiva desinentia in -mentum (cf. Roenschium p. 22—25, Weberum p. 34): § 52 (150_{2}) incrementum, § 52 ($150_{3/4}$) et § 55 (151_{5}) oblectamentum, § 52 ($150_{8 \text{ et } 15}$) et § 53 (150_{17}) sarmentum.

5) verba incohativa (cf. Roenschium p. 179—180, Eichenbergium p. 10): § 6 (133_{30}) et § 36 (144_{5}) ingravescere, § 20 ($138_{30/1}$) et § 38 (145_{6}) et § 50 (149_{19}) senescere, § 23 (139_{29}) obmutescere, § 28 (141_{14}) languescere, § 28 (141_{16}) splendescere, § 29 (141_{30}) consenescere, § 51 (149_{33}) herbescere, § 51 (149_{35}) adulescere, § 51 (149_{36}) pubescere, § 52 (150_{15}) silvescere, § 53 (150_{19}) augescere, § 53 (150_{20}) dulcescere, § 57 (152_{9}) calescere, § 65 (154_{35}) coacescere, § 83 (161_{5}) repuerascere.

b) Sed mitto haec, quia sunt potius Ciceronis quam auctoris Graeci. Cuius vocabula vulgaria optime perspiciuntur ex significatione: § 17 (137_{35}) sentina, § 40 (145_{22}) stupra et adulteria, § 44 (147_{7}) cruditas, § 47 (148_{14}) res veneriae, § 50 (149_{15}) scorta, § 54 (150_{30}) stercorare.

Praeterea res in vita cotidiana usitatae et omnibus notae saepe in 'Catone' commemorantur. Talibus enim e rebus, quae interdum longe absunt a proposita materia, exempla libentissime sumuntur. Reperiuntur enim

vocabula mercatoria: § 21 (139_{7}) thesaurus, § 21 (139_{8}) debere, § 42 (146_{12}) commercium, § 51 (149_{25}) rationem habere, § 51 (149_{26}) usura, § 51 (149_{28}) faenus.

vocabula rusticana: § 24 (139_{34}) serere, percipere, condere fructus, § 33 (143_{10}) percipere, § 70 (156_{17}) demetere et percipere, § 51 (149_{30}) gremium (scil. terrae) mollire ac subagere, § 51 (149_{30}) semen spargere, § 52 (150_{2}) vitium ortus, satus, incrementa, § 52 (150_{14}) ferro amputare, § 53 (150_{26}) iugatio, religatio et propagatio vitium, § 54 ($150_{30 \text{ et } 36}$) stercorare, § 54 ($151_{2,\ 3}$) consitio, insitio, § 56 (152_{3}) aucupium et venatio.

§ 5 (133_{22}) baca, § 49 (148_{32}) pabulum, § 51 (149_{37}) spicus, § 52 (150_{1}) et passim vitis, § 52 (150_{5}) ficus, § 52 (150_{6}) acinus, § 53 (150_{18}) uva, § 71 (156_{27}) pomum. — § 27 (141_{2}) taurus, elephantus, § 33 (142_{37}) bos, § 54 (151_{1}) pecus, apis, § 56 (151_{37}) porcus, haedus, agnus, gallina, § 58 (152_{12}) equus, § 56 (152_{12}) lac, caseus, mel, § 56 ($152_{1/2}$) succidia.

§ 54 (150_{36} sq.) segetes, prata, vineae, arbusta, horti, pomarii, § 57 (152_{5}) vineae, oliveta; — § 52 (150_{8}) malleoli, plantae, sarmenta, viviradices, propagines, alia.

vocabula ad rem militarem pertinentia: § 19 (138_{17}) excursio, saltus, § 19 (138_{17}) hasta, gladius, § 40 (145_{18}) proditio, eversio, § 46 (147_{36}) bellum indicere, § 49 (148_{29}) stipendia, § 51 (150_{1}) vallum, § 58

(152_{11}) arma, equus, hasta, clava, § 58 (152_{13}) natatio (Simbeck: venatio), cursus, § 73 (157_{12}) praesidium et statio.

vocabula ad res nauticas pertinentia: § 17 (137_{33}) gubernator, § 17 (137_{33}) navigare, § 17 (137_{34}) malos scandere, per foros cursare, sentinam exhaurire, § 17 (137_{35}) clavus, § 17 (137_{36}) puppis, § 71 (156_{31}) terram videre[1]), § 71 (156_{32}) in portum ex longa navigatione venire.

vocabula ad medicinam pertinentia: § 35 (143_{35}) morbus, § 44 (147_{7}) cruditas.

vocabula de palaestra sumpta: § 27 (141_{5}) athleta, § 27 (141_{6}) exercere, § 36 ($143_{36/37}$) et § 38 (144_{33}) exercitatio, § 27 (141_{6}) et § 38 (144_{34}) curriculum, § 33 (142_{36}) stadium, § 38 (144_{34}) desudare atque elaborare, § 83 (161_{6}) spatium decurrere, § 83 (161_{7}) carceres, calx.

vocabula de scaena sumpta: § 5 (133_{20}), § 64 (154_{23}), § 70 (156_{9}) (extremi) actus, § 22 (139_{19}), § 64 (154_{22}), § 70 (156_{9}), § 85 (162_{2}) fabula, § 48 (148_{24}) cavea, § 63 (154_{8}) theatrum, § 63 (154_{7}) ludi, § 64 (154_{13}) plausus, § 70 (156_{10}) 'plaudite', § 64 (154_{23}), § 70 (156_{8}) histrio.

alia velut § 21 (139_{8}) vadimonia constituta, § 26 (140_{33}) fides, § 36 (144_{3}) lumini oleum instillare, § 44 (147_{9}) esca, § 45—46 convivium, pocula, magisteria, § 58 (152_{12}) pila, § 58 (152_{14}) tali et tesserae, § 66 (155_{3}) viaticum[2]), § 83 (161_{5}) in cunis vagire, § 84 (161_{14}) devorsorium.

c) Non minus ad dictionem vulgi pertinere mihi videntur proverbia et verba proverbii loco dicta, quae crebra in 'Catone' sunt; nam plebs in universum loqui et multis sententiis uti solet, cf. Weberum p. 12, Eichenbergium p. 14. Proverbia 'Catonis' iam A. Otto 'de Rom. proverb.' p. 410 congessit et iis locis, quos ibi indicat, tractavit. Restant autem sententiose dicta, quae similiter vulgarem vim ac proverbia habent; cf. Weberum p. 13 et 37, Seidelium p. 12. Saepe leguntur in 'Catone': § 20 (138_{30}) 'Temeritas est videlicet florentis aetatis, prudentia senescentis', § 24 (139_{36}) 'nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere', § 27 (141_{2}) 'Quod est, eo decet uti et, quicquid agas, agere pro viribus', § 33 (142_{31}), § 33 (143_{5}), § 47 (148_{11}), § 62 (153_{33}), § 69 (155_{33}), § 69 (156_{4}), § 69 (156_{6}), § 70 (156_{11}), § 71 (156_{18}), § 74 (157_{25}), § 76 (158_{8}), § 84 (161_{14}), § 85 (161_{36}), § 85 (161_{37}), alibi.

3. Altera materia, ex qua tamquam effecta est diatriba, ars rhetorica est. Cuius figurae, quae quidem in diatribis usitatae sunt, etiam in Ciceronis libello exstant.

---

1) cf. A. Otto 'de Romanorum proverbiis' (Lips. 1890) p. 345_{5}.

2) cf. Ottonem p. 370_{6}.

a) Anaphora crebro occurrit[1]) (cf. Weberum p. 32 et 53, Eichenbergium p. 23, Seidelium p. 24). Iteratur in § 13 (136_{16}) 'qualem' bis, § 14 (136_{25}) 'sua' bis, § 15 (137_{14}) 'nihil' ter, § 17 (137_{34}) 'alii' ter, § 22 (139_{9}) 'quid' quater, § 23 (139_{23}) 'num' septies, § 24 (139_{34}) 'non' ter, § 36 (144_{9}) 'ut' bis itemque § 72 (157_{5}), § 38 (144_{21}) 'si' quater, § 38 (144_{33}) 'haec' ter, § 40 (145_{18}) 'hinc' ter, § 40 (145_{20}) 'nullum' bis; vide etiam § 41 (145_{32}), § 41 (145_{34}), § 43 (146_{37}), § 53 (150_{27}), § 53 (150_{28}), § 58 (152_{11}), § 63 (154_{5}), § 76 (158_{8}), § 76 (158_{9}), § 84 (161_{7}).

b) de interrogationibus rhetoricis, quae interlocutionem subsequuntur, iam p. 28 egi. Sed alibi quoque saepe inveniuntur, etiam cumulatae (cf. Weberum p. 29 et 51): § 21 (138_{34}), § 23 (139_{23}) ubi duae interrogationes sunt cumulatae, § 26 (140_{26}), § 27 (141_{4}), § 28 (141_{22}) ubi tres continuae interr. leguntur, § 31 (142_{7}), § 33 (142_{33}), § 33 (142_{37}), § 35 (143_{31}), § 49 (148_{28}), § 50 (149_{14}), § 52 (150_{1}), § 52 (150_{8}), § 53 (150_{22}), § 53 (150_{28}), ubi duae interr. se excipiunt, § 57 (152_{3}), § 57 (152_{9}), § 64 (154_{19}), § 66 (155_{1}), § 67 (155_{11}) ubi duae interr. continuae occurrunt, § 67 (155_{22}), § 68 (155_{28}), § 69 (155_{33}), § 71 (156_{21}), § 74 (157_{26}), § 76 ($158_{9 \text{ et } 10}$), § 83 (160_{33}), § 84 (161_{7}) ubi bis interrogatur. In diatriba crebrae sunt etiam interrogationes particula 'an' (ἤ) incipientes, velut apud Teletem (vide s. v. ἤ p. 78 H.) et Cat. 23 (139_{30}) et § 29 (141_{23}) 'An ne illas quidem vires senectuti relinquemus ...?' — Exemplum *διαλογισμοῦ*, qua figura scriptor ipse et interrogat et respondet (cf. Weberum p. 30, Eichenbergium p. 33), praebetur § 15 (137_{11}).

c) Figura exemplificationis, qua multa exempla cogitationem, quam scriptor ante dixit, explanant (cf. Weberum p. 25 et 48), occurrit in § 39 (145_{14}) usque ad § 40 (145_{23}). Minora autem exempla saepius exstant. — Cui figurae similis congeries, ut saepe in diatriba, sic in 'Catone' invenitur; cf. Weberum p. 26 et Seidelium p. 26. Velut Cicero in § 19 (138_{16}) pro verbis 'non militis opera faceret' dicit 'nec ... excursione nec saltu nec eminus aut comminus gladiis uteretur'; in § 44 (147_{5}) pro verbis '... commodis voluptatis, ... incommodis' dicitur: 'Caret epulis extructisque mensis et frequentibus poculis. Caret ergo etiam vinulentia et cruditate et insomniis'; in § 46 (148_{2}) singula enumerantur pro verbis 'Me convivia delectant', in § 58 (152_{11}) pro verbis 'ea quae iuvenem decent', in § 69 (156_{4}) pro verbo temporis.

[1]) Interdum anaphora per Ciceronem demum orta esse potest, ut supra p. 11/12 vidimus in translatione Xenoph. oecon. 4_{22}. Qui ut est orator, libentissime hac figura loquitur; cf. § 32 (142_{23}) ubi 'non' septies repetitur, § 34 (143_{14}) 'nullo' bis, § 35 (143_{27}) 'quam' bis, § 37 (144_{14}) 'tantus' bis, § 75 (157_{29}) 'non' sexies, multa alia exempla.

d) Praeterea diatribae colorem formulae quaedam reddunt dilucidum. Quibus auctor saepe aliquem alloquitur eique cum vi quadam rem exponit; cf. Weberum p. 24 et 46. Legimus enim apud Ciceronem: § 21 (138_{34}) 'num igitur censetis', § 26 (140_{22}) 'Sed videtis, ut . . .', § 31 (142_{7}) 'Videtisne, ut . . .', § 39 (145_{11}) 'Accipite'; vide etiam § 26 (140_{27}), § 28 (141_{18})[1], § 29 (141_{24}). Pluralis numeri formae ubique positae sunt, quia Tullius duas personas, Laelium et Scipionem, appellari facit. — Interdum alia ratione, velut particulis affirmationis, ardorem verborum auget: § 33 (142_{35}) 'ne', § 69 (155_{33}) 'o di boni'. Eodem pertinent fictiones, quas scriptores diatribarum libenter persequuntur; legimus enim Cat. 83 (161_{4}) 'si quis deus mihi largiatur, ut . . .'. Qua de re cf. Horat. sat. I 1_{15} 'si quis deus 'en ego' dicat . . .', Epict. II 17_{29} *Δότε μοι ἕνα νέον* . . ., Senec. ep. 76_{29} (267_{20} Hens.), alios locos et vide Gerckium 'Arch. f. Rel.' V p. 209, Helmium 'de Luciano et Menippo' p. 251 sq..

e) Brevitas in diatriba vehementer petitur. Brevia esse enuntiata neque ab aliis pendere solent, qualia habes §15 (137_{11}) vel § 42 (146_{10}) vel § 68 (155_{28}). Plura afferre opus non est. — Memorabilis autem est parataxis sententiarum, qualis contra omnem dicendi morem imprimis in diatribis invenitur: cf. Weberum p. 31 et 52, Seidelium p. 29, Eichenbergium p. 21. Huius rei exemplum affero Tel. p. 42_{11} *πρεσβύτης γέγονε· πάλιν ἐπιθυμεῖ τὰ ἐν νεότητι.* Similiter autem dicit Cicero § 76 (158_{8}) 'Sunt pueritiae studia certa; num igitur ea desiderant adulescentes? sunt ineuntis adulescentiae; num ea constans iam requirit aetas e. q. s.'.

Haud minus signum brevitatis creberrima asyndeta sunt (cf. Weberum p. 30 et 52, Eichenbergium p. 20, Seidelium p. 29): § 17 (138_{2}) 'consilio, auctoritate, sententia', § 19 (138_{18}), § 21 (139_{8}), § 23 (139_{23-27}), § 29 (141_{24}), § 36 (143_{35}), § 36 (144_{9}), § 38 (144_{32}), § 42 (146_{10}), § 46 (147_{34}), § 49 (148_{29}), § 52 (150_{2}), § 52 (150_{8}), § 53 (150_{25}), § 54 (151_{1}), § 56 (151_{37}) 'porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle', § 63 (153_{36}), § 65 (154_{29}), § 67 (155_{17}), § 68 (155_{29}).

f) Nec tamen hac in dilucida breviloquentia abundantia deest. Ad quam plurimum valent

α) innumerabilia illa synonyma: cf. Weberum p. 31 et 52, Eichenbergium p. 22, Seidelium p. 28, imprimis Carolum Praechter 'de Hierocle Stoico' (Lips. 1901) p. 95. Ex 'Catone' profero haec

1. bina synonyma: § 4 (133_{2}) 'bene beateque', § 5 (133_{18}) 'deum sequimur eique paremus', § 5 (133_{23}) 'vietum et caducum', § 9

---

[1] Nescio an per Ciceronem demum verba in librum pervenerint; vide enim § 26 (140_{31}) 'quibus me nunc exemplis uti videtis' et § 32 (142_{28}).

(135$_{1}$) 'conscientia bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio', § 13 (136$_{16}$) 'placida ac lenis', § 13 (136$_{22}$) 'studio atque opere', § 13 (136$_{24, 25}$) § 14 (136$_{25/26}$), § 22 (139$_{11}$), § 22 (139$_{12}$), § 22 (139$_{13}$), § 26 (140$_{16}$), § 26 (140$_{23}$), § 28 (141$_{19, 20}$), § 29 (141$_{30, 32}$), § 33 (143$_{5}$), § 35 (143$_{25/26}$), § 36 (144$_{2}$), § 38 (144$_{33, 34}$), § 38 (145$_{4}$), § 39 (145$_{17}$), § 40 (145$_{22, 25}$), § 41 (145$_{27/28, 34, 35}$), § 42 (146$_{7, 8}$), § 43 (146$_{37}$, 147$_{1, 2}$), § 44 (147$_{11, 12}$), § 47 (148$_{17}$), § 49 (148$_{32}$), § 50 (149$_{17}$), § 51 (149$_{29, 30}$), § 52 (150$_{8, 15}$), § 53 (150$_{28}$), § 56 (151$_{31/32}$), § 57 (152$_{8}$), § 58 (152$_{14}$), § 63 (153$_{28}$), § 65 (154$_{21}$), § 66 (155$_{4/5}$), § 67 (155$_{18}$), § 70 (156$_{12, 17}$), § 71 (156$_{28}$), § 72 (156$_{31}$), § 72 (156$_{36}$), § 72 (157$_{4}$), § 73 (157$_{12}$), § 77 (158$_{25}$), § 83 (161$_{5}$), § 84 (161$_{16, 17}$).

2. terna vel plura synonyma. § 26 (140$_{24}$) 'operosa et semper agens aliquid et moliens', § 29 (141$_{21}$) 'doceat, instituat, . . . instruat', § 36 (144$_{6}$) 'inertis, ignavae, somniculosae senectutis', § 38 (144$_{21}$), § 41 (145$_{32}$), § 65 (154$_{20}$), § 67 (155$_{20}$).

3. Omnino studium bimembri oratione loquendi apud Cynicos scriptores dilucidissimum est. Plerumque duae res similes sunt, sed interdum altera pars alterius est; cf. C. Praechter l. l. p. 97, Fridericum Wilhelm 'Verhältn. v. Junkus z. Cat. m.' (Vratisl. progr. 1911) p. 2. In 'Catone' vide § 5 (133$_{22}$) 'arborum bacis terraeque fructibus', § 9 (134$_{33}$) 'artes exercitationesque virtutum', § 9 (134$_{34}$) 'diu multumque', § 13 (136$_{14}$) 'quiete (1) et pure (2a) atque eleganter (2b)', multos alios locos.

4. Saepe eadem res et affirmative et negative exprimitur; cf. Weberum p. 31 et 53. Sed hoc loco nolo omnes 'Catonis' antitheses, quarum numerus magnus est, enumerare, sed tantum eas, quarum alterum membrum nihil novi afferens sententiam tantummodo in negationem vertit: § 17 (137$_{34}$) 'cum . . . alii per foros cursent . . ., ille . . . quietus sedeat in puppi, non faciat ea, quae iuvenes', § 17 (138$_{2}$), § 26 (140$_{23}$), § 34 (143$_{22}$), § 36 (144$_{1}$) 'ut reficiantur vires, non opprimantur', § 36 (144$_{11, 12}$), § 38 (144$_{21}$), 'si ius suum retinet, si nemini emancipata est', § 38 (145$_{5}$), § 43 (146$_{37}$/147$_{1}$), § 44 (147$_{8}$), § 51 (149$_{26}$), § 57 (152$_{7}$), § 64 (154$_{22, 23}$), § 66 (154$_{25, 26}$), § 71 (156$_{26}$), § 84 (161$_{13/14}$), § 84 (161$_{14, 16}$), § 85 (161$_{29}$).

β) Copia verborum etiam multis polysyndetis ostenditur; cf. Weberum p. 32 adn. 1, maxime Seidelium p. 25. In 'Catone' leguntur haec: § 26 (140$_{24}$) 'operosa et semper agens aliquid et moliens', § 33 (143$_{7}$), § 40 (145$_{22}$), § 44 (147$_{5, 7}$), § 46 (148$_{2}$), § 50 (149$_{14}$), § 52 (150$_{6}$), § 53 (150$_{20}$), § 54 (150$_{36}$), § 57 (152$_{4}$), § 65 (154$_{21}$), § 67(155$_{20}$), § 69 (156$_{4}$).

γ) Intra unum enuntiatum crebro verba, etiamsi necessitas non cogit, dupliciter ponuntur vel similibus iterantur. Tales supervacuae repetitiones

apud Ciceronem occurrunt: § 17 (137_{36}) 'non faciat . . ., at . . . faciat', § 22 (139_{10}) 'manent . . . permaneat', § 26 (140_{17}) 'Ut enim «adulescentibus»... ‚senes' delectantur..., sic «adulescentes» ‚senum' praeceptis gaudent', § 33 (142_{34}), § 33 (143_{3}), § 35 (143_{33}), § 36 (144_{8}), § 36 (144_{12}), § 39 ($145_{15,\,16}$), § 40 ($145_{21,\,23,\,26,\,28}$), § 46 (148_{4}), § 48 ($148_{24,\,26}$), § 50 (149_{15}), § 56 ($151_{36,\,37}$), § 58 ($152_{13,\,15}$), § 62 ($153_{33,\,35}$), § 63 ($154_{5,\,6}$), § 68 ($155_{26,\,27\text{ cf. }28}$), § 74 ($157_{20,\,22}$), § 76 ($158_{8}$), § 76 ($158_{9,\,11,\,12}$), § 76 ($158_{14}$). Omitto iterationes vocabulorum, quae in diversis, sed continuis enuntiatis inveniuntur; vide autem Schroeterum p. 8 sq., nonnulla quoque p. 29 enumeravi.

g) Isocola vero a diatribarum auctoribus studiose adhibita esse ex Bionis reliquiis Otto Hense ('Tel. rel.'[2] p. C), ex Senecae, Musonii, Epicteti libris Henricus Weber (p. 32 et 53) et Iosephus Seidel (p. 30) probaverunt. Idem ex 'Catone' apparet. Primum enim altercationes ficti adversarii et responsa scriptoris ibi saepe aequaliter conformata esse p. 29 cognovimus. Deinde alii exstant loci, velut § 17 (137_{34})

cum alii malos scandant,
alii per foros cursent,
alii sentinam exhauriant . . .

§ 22 (139_{10-13}): Manent ingenia senibus, }
modo permaneat studium et industria, }
{ neque ea «solum» in ‚claris et honoratis' viris,
{ sed in vita «etiam» ‚privata et quieta'.

§ 36 ($143_{35} \infty {}_{35/36}$; ${}_{36} \infty {}_{36/7}$ et ${}_{37}$; 144_{1}); § 36 ($144_{4/5} \infty {}_{5/6}$); § 38 ($144_{23/4} \infty {}_{24/5}$); § 40 ($145_{24/5} \infty {}_{25/6}$); § 41 ($145_{27} \infty {}_{28}$); § 43 ($147_{1}$); § 44 ($147_{11} \infty {}_{12}$); § 46 ($148_{2}$ sq.); § 47 ($148_{16/7} \infty {}_{17/8}$); § 48 ($148_{23}$:

1. ‚Ut, [Turp. Amb.] »"magis delectatur"« , qui in prima cavea spectat,
2. !delectatur! »tamen etiam«, qui in ultima,
3. ‚sic, adulescentia voluptates propter intuens »"magis f. laetatur"«,
4. »sed« !delectatur! »etiam« senectus procul eas spectans
5. tantum, quantum sat est.

§ 51 ($149_{34/5} \infty {}_{35/6}$); § 63 ($154_{1-2}$); § 67 ($155_{16-18}$); § 70 ($156_{8-10}$); § 76 ($158_{8}$ sq.); § 71 (156_{23}):

1. Itaque adulescentes ($\mu\acute{\epsilon}\nu$) mihi mori sic videntur, ut cum }
3. senes autem($= \delta\acute{\epsilon}$) sic , ut cum }
2. aquae multitudine flammae »vis« opprimitur,
4. sua sponte »nulla adhibita vi« consumptus ignis extinguitur;
5. et quasi poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur, }
6. si matura et cocta, decidunt, }
7. sic vitam adulescentibus vis aufert,
8. senibus maturitas.

§ 72 (157_5): Ut navem,
ut aedificium idem destruit facillime, qui construxit,
sic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit.

His in exemplis interdum ordo verborum mutatus est, sed mea quidem sententia per Ciceronem saepe, sive neglegentia sive de industria (fortasse varietatis vel melioris clausulae causa). Quamquam omnes chiasmi figuras nolim attribuas Tullio, sed nonnullas: nam in extremis § 22 verbis, quae supra perscripsi, Latinus auctor chiasmi formam delegisse videtur, quia in exemplari Graeco adiectiva inter articulum et substantivum, ergo ante substantivum fuisse verisimile est. Iam vero artificiosam Graeci auctoris structuram Ciceronem in § 48 accurate imitatum non esse apertum est: hic enim ambae responsionis formae, quales alibi, velut in § 71 (vide supra), disiunctas videmus, ita mixtae sunt, ut membra comparanda et inter se (1:3; 2:4) et separatim (1:2; 3:4) aequaliter conformata sint. Quod si interpres Latinus plane cognovisset et servare voluisset, praeter minimas transmutationes ('tamen delectatur' pro verbis 'delectatur tamen'; 'eas procul' pro verbis 'procul eas') verba 'magis fortasse laetatur' (melius diceretur item 'delectatur'; 'fortasse' = ἄν c. opt.) post vocabulum 'sic' ponenda fuerunt. Similiter res se habet in § 72, quem locum supra exhibui, et multis aliis locis. Nec enim hic auctorem Graecum ipsum suam regulam non tenuisse credi potest.

Multo plures figurae oratoriae in diatribis usitatae ex 'Catone' afferri possunt, sed hoc satis superque est.

4. Singularem autem operam et doctrinam diatribarum auctores conferre solent, ut iis, qui audiunt aut legunt, rem quam accuratissime explicent et sermonem ornent. Multa sunt exempla, quibus utuntur; loci poetarum vel philosophorum, dicta factaque clarorum virorum imprimis audantur. Multae quoque comparationes translationesque ex omnibus rebus humanis et divinis, fabulae et historiae colliguntur; cf. Weberum p. 15 sq., 24 sq., Seidelium p. 13 sq., maxime Wendlandium 'Beiträge z. Gesch. d. gr. Phil.' (1895) p. 3.

1. Talibus autem ornamentis ne Ciceronis quidem libellus vacat. Multa quidem exempla Graeca fortasse ex Tullii more[1]) praetermissa sunt, sed satis multa manserunt. Poetarum Graecorum loci memorantur hi: Homeri § 31 ($142_{8/9}$) = Il. I 250 sq., § 31 (142_{12}) = Il. I 249, § 31 (142_{14-16}) = Il. II 371 sq., § 54 (150_{33}) = Od. XXIV 226; Euripidis § 4 (132_{35}) = Heracl. fur. 637; Solonis § 26 (140_{28}) et § 50 (149_{19}) = fg. 18 (Bergkii 'poet. lyr.' II[4] p. 47); [Pythagorae] § 38 (144_{32}) = aur.

[1]) cf. Tusc. disp. II 26 (337_{34}) '. . studiose equidem utor nostris poetis; sed sicubi illi defecerunt, verti etiam multa de Graecis'.

carm. 40—42 [1]). Qui personati Pythagorae et Euripidis versus alibi quoque in diatriba afferuntur: de hoc cf. Tel. p. 42_{13} et 51_1 (v. d. Ton p. 20 adn. 1); de illis vide Sen. ep. 83_2 (308_{25}) et imprimis de ira III 36_1 (p. 144_7 Herm.), ubi verba etiam detorta et rebus more Cynico accommodata sunt [2]), et eos locos, quos Seidelius p. 13 congessit. Etiam Homerici § 31 loci occurrunt alibi, maxime apud oratores: vide v. d. Ton p. 78 et 79 atque Frid. Wilhelm l. l. p. 13, sed adde Luc. Hercul. 4, Marc. Aurel. IV 50 (p. 46_{20} Stich), alios locos, praecipue Luc. de parasit. 44 [3]). Omnino Homerus et Euripides, ut in 'Catone', sic in diatriba permagnam partem et exemplorum et testimoniorum praebere solent, cf. Helmii 'de Luc. et Men.' librum p. 243, al.. Quin etiam Nestoris tres aetates peractae et eloquentia prudentiaque in proverbium venerunt: cf. Papii-Benseleri lex. II ^{3} 992; item Solonis versus, nam vide schol. ad Plat. amat. 133 C (p. 286 Herm.). — In 'Catone' saepe nomina auctorum omissa, interdum verba oratione obliqua reddita vel omnino deflexa sunt. Itaque fortasse in hoc numero habendi erant versus Antiphanis apud Stob. flor. 115_9 servati, quos v. d. Ton p. 19 adn. 2, O. Hense 'Tel. rel.' p. CXIX cum Cat. 4 (133_5) conferunt.

2. Scriptorum loci afferuntur hi: Herodoti I 163 = § 69 (155_{35}); Pythagorae placita = § 73 (157_{11}) et § 78 (158_{33}); [Archytae] (= Aristoxeni, Dielsii 'Vorsocr.' I^2 p. 252) = § 39—41 (145_{14-36}); Platonis de rep. I 328 E — 330 A = § 6—8, Tim. 69 D = § 44 (147_9), de rep. I 329 C = § 47 (148_{12} sq.); Xenophontis de Cyri inst. VIII 7_6 = § 30 (141_{35}), conviv. 2_{26} = § 46 (148_{4-5}), oecon. 4_{20-25} = § 59 (152_{21}—153_4), de Cyri inst. VIII 7_{17-22} = § 79—81; Epicuri placitum = § 43 (146_{26}); Isocratis Panathen. 1_3 = § 13 (136_{18}). Inter philosophos vel omnino scriptores obtinent in diatriba principatum praeter Cynicos ipsos Plato et Xenophon, vel ex ea causa, quod de Socrate, patrono Cynicorum, tam multa scripserunt; exempla iam apud Teletem exstant p. 14_1 [4]), 17_7; 12_2. Sed apud Epictetum et posteriores diatribarum scriptores Pythagoras quoque et Epicurus saepe memorantur; vide indices editorum.

---

[1]) Hic dubitet quispiam, num vero auctor versus ante oculos habuerit, sed talis quidem interpretatio scriptorum Cynicorum propria est. Qui perlibenter versus, imprimis Homericos, in usum suum vertunt atque exponunt. Aliud exemplum exstat in § 54 (150_{36}), ubi Homericum λιστρεύειν in vim stercorandi trahitur; vide etiam Weberum p. 28 et 50, Seidelium p. 14, praeterea Sen. de ira III 36_1:

[2]) 'faciebat hoc Sextius, ut consummato die, cum se ad nocturnam quietem recepisset, interrogaret animum suum: quod hodie malum tuum sanasti? cui vitio obstitisti? qua parte melior es?'

[3]) Recte Fr. Wilhelm hunc fuisse communem locum oratorum colligit.

[4]) Hac in altercatione Plat. de rep. I 330 A locum esse abditum fugit Hensium.

3. Fabellae apophthegmataque et ad docendum et ad delectandum idonea narrantur de Themistocle (Platone auctore) § 8 (134$_{24}$), de Gorgia § 13 (136$_{22}$), de Sophocle § 22 (139$_{13}$) et (Platone teste) § 47 (148$_{12}$), de Milone § 27 (141$_{4}$), de Cyro et Lysandro (testante Xenophonte) § 59 (152$_{22}$), de Lysandro § 63 (154$_{2}$), de Lacedaemoniis § 63 (154$_{6}$), de Solone § 72 (156$_{37}$).

4. Praeterea hi viri, maximam partem ad imitandum, nominantur: § 13 (136$_{16}$) et § 23 (139$_{26}$) Plato, § 13 (136$_{17}$) et § 23 (139$_{25}$) Isocrates, § 13 (136$_{20}$) et § 23 (139$_{25}$) Gorgias, § 20 (138$_{20}$) Lacedaemonii, § 21 (138$_{33}$) Themistocles (Aristides, Lysimachus), § 23 (139$_{23}$) et § 54 (150$_{33}$) Homerus, § 23 (139$_{24}$) et § 54 (150$_{32}$) Hesiodus, § 23 (139$_{24}$) Simonides, Stesichorus, § 23 (139$_{26}$) et § 33 (143$_{1}$) Pythagoras, § 23 (139$_{26}$) Democritus, § 23 (139$_{27}$) Xenocrates, § 23 (139$_{27}$) Zeno, Cleanthes, [§ 23 (139$_{28}$) Diogenes Stoicus,] § 26 (140$_{27}$) et § 50 (149$_{18}$) Solo, § 26 (140$_{32}$) [et § 78 (158$_{37}$)] Socrates, § 30 (141$_{34}$) et § 32 (142$_{18}$) et § 79 (159$_{18}$) Cyri maior et minor, § 31 (142$_{8-15}$) Nestor, § 31 (142$_{14}$) Agamemnon (Aiax), § 43 (146$_{26}$) et § 85 (161$_{33}$) Epicurus, § 54 (150$_{34}$) Laertes, § 69 (155$_{36}$) Arganthonius. Quo in numero satis magno multa sunt nomina in diatriba usitata atque trita. Socrates longe saepissime affertur et Epicteto exemplum omnium rerum est, ut hic vir paene Cynicus ipse confitetur IV 5$_{2}$ (354$_{5}$) *παράδειγμα δὲ καὶ τούτου καθάπερ καὶ τῶν ἄλλων ἔκκειται ἡμῖν ὁ βίος ὁ Σωκράτους.* Centena exempla afferre possum, sed vide Helmium l. l. p. 120, 129, 130, 138, Seidelium p. 17. Ob amorem vero musicae artis Socrates praedicatur etiam apud [Luc.] de salt. 25[1]) et, ut iam v. d. Ton p. 52 indicat, apud Diog. Laert. II 32, Plut. de. san. tuend. 6 p. 124 E, Sext. Empiric. adv. math. VI 13, Valer. Max. VIII 7$_{8}$. Lacedaemonii quoque persaepe in diatriba memorantur, et id semper (praeter Epict. IV 1$_{157}$ et fortasse perpaucos locos alios) cum laude, velut a Musonio p. 113$_{3}$ H. *ἄριστοι τῶν Ἑλλήνων* nominantur; Teles Lacaenas laudat p. 57$_{10}$ H. his verbis *ἐπεὶ καὶ ταυτασὶ τὰς Λακωνικὰς γυναῖκας πᾶς τις ἐπαινεῖ ὡς εὐψύχους* et feminis Atheniensibus opponit p. 58$_{12}$ *ὅρα εἰ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν τις γυναικῶν τοῦτ' ἂν ποιήσειεν*; Spartam Epictetus ob optimas leges laudibus effert II 20$_{26}$ (179$_{7}$) *ἐκ τούτων τῶν λόγων ηὐξήθησαν ἡμῖν αἱ εὐνομούμεναι πόλεις, Λακεδαίμων διὰ τούτους τοὺς λόγους ἐγένετο.* Eodem modo propter venerationem senum celeberrima erat: Herod. II 80[2]), Marc. Aurel. XI 24 (154$_{16}$ St.), Plut. apophth. Lacon.

---

1) Tales narrationes ex Plat. Phaedon. p. 60 E—61 B de industria falso acceptis mihi videntur esse ortae.

2) Hunc locum affert Martinus Rossbroich 'de Pseudo-Phocylideis' (diss. Monast. 1910) p. 100.

55 p. 235 C [1]), ibidem 60 p. 235 F. Eadem res, quam apud Ciceronem in § 63 (154_6) legimus, iisdem fere verbis a Plut. apophth. Lacon. 60 p. 235 D [1]) et a Valerio Maximo IV 5 Ext. 2 [1]) narratur. Illud autem Lysandri (§ 63) occurrit etiam apud Plut. an seni g. s. r. 24 p. 795 F [1]) et Iustin. III 3_9 [1]). — Neque vero ignotum scriptoribus Cynicis Themistoclis nomen est eiusque memoria alibi praedicatur, sed aliud mihi in hoc § 21 exemplo proprium diatribae videtur esse. Pro sententia enim q. e. 'num censetis eum, cum aetate processisset, alium pro alio vocare solitum' exemplum patris et filii ponitur, sed certum illius aetatis exemplum nominibus notissimis Aristidis et Lysimachi electis fingitur. Hoc autem Tullius certe suo ex ingenio non scribit. — Iam vero in diatribis saepe invenimus nomina Homeri, Hesiodi, Solonis, Sophoclis [2]), Platonis, aliorum, quos in 'Catone' legimus, maxime Zenonis et Cleanthis. — Sed omnia, quae adhuc attuli, non tam Cynici generis dicendi propria sunt quam exempla Laertae et Milonis. Qui viri iisdem et virtutibus et vitiis, quibus in diatribis solent esse, insignes in 'Catone' inveniuntur. Laertes se laboribus rusticis vexans et desiderio filii sui contabescens solet describi: Cat. 54 (150_{34}); Aristonis Chii fg. 350 Arnim (St. V. F. I) *ὁ αὐτὸς* (scil. *Ἀρίστων ὁ Χῖος*) *τοὺς πολλοὺς εἴκαζε τῷ Λαέρτῃ, ὅστις τῶν κατὰ τὸν ἀγρὸν ἐπιμελούμενος πάντων, ὀλιγώρως εἶχεν ἑαυτοῦ*; Tel. p. 34_6 *ὥσπερ ὁ Λαέρτης εἰς ἀγρὸν ἀπελθὼν μόνος μετὰ γραδίου κακουχεῖ αὐτὸν καὶ ξηραίνει, οἱ δὲ μνηστῆρες τὰ ἐκείνου*; ibidem p. 52_7 sq.; Iuvenalis (10_{257} [3])) rem ad suum usum convertens in viris, qui longiorem aetatem esse malum demonstrent, Laertam quoque enumerat 'atque alius cui fas Ithacum lugere natantem'; vide etiam Plut. an seni g. s. r. 8 p. 788 B [3]). Milonem constans exemplum corporis virium in diatriba esse optime Helmius in l. 'de Luc. et Men.' p. 168 ostendit; cf. quoque Cic. de fato 30 (263_{11}), Luc. Herod. 8, pro imag. 19. — Ceterum nonnulla exempla sine ulla coniunctione, ut in diatriba saepe, sic in 'Catone' occurrunt: § 21 (138_{33}), § 22 (139_{13}), § 63 (154_2).

5. Cum exemplis affinitate artissime coniunctae sunt comparationes, quibus diatribae abundare solent. Quarum etiamsi longe maxima pars e rebus vitae cotidianae sumpta est, tamen interdum splendor poeticus non deest; vide Wendlandium l. l. p. 3, Weberum p. 15 sq. et 39 sq., Eichenbergium p. 15 sq., Seidelium p. 18 sq.. Quam

---

[1]) cf. v. d. Ton p. 133 et 134.

[2]) Praeter locos a P. v. d. Ton p. 47 allatos affero Apul. apol. 37 (p. 42_{16} H.), qui locus miro modo nonnunquam ad verbum cum Cicerone congruit; nescio, utrum explicandum sit inde, quod locus communis est rhetorum, an quod sermonem Ciceronianum in apologia auctor imitatur (cf. Helmii praef. florid. p. XXII sq.).

[3]) cf. Fridericum Wilhelm p. 4 adn. 3.

largus imaginum usus in 'Catone' sit, statim quisquis librum inspexerit, cognoscet. Pleraeque originem Cynicam dilucide prae se ferunt.

1. Ex fabulis comparationes repetitae sunt hae: § 4 (132_{35}); § 5 (133_{25}); § 83 (161_4). Fabularum exempla scriptores Cynici in deliciis habebant, velut Hercules eorum patronus erat (cf. Weberum p. 25). Praeterea hae tres imagines tam tritae erant ut proverbia fierent; de Aetnae comparatione cf. Ottonem 'de proverb. Rom.' p. 7, de Peliae ibidem p. 271 (adice Luc. pro imag. 2), de Gigantum imagine ibidem p. 108 et Apostolium (paroemiogr. Graec. II p. 345 Leutsch) s. v. *Γιγάντων ἀπόνοια*.

2. Translationem morbi Cynicam esse inter omnes constat. Quam legimus § 35 (143_{35}). Ad veritatem perducunt hanc similitudinem Ter. Phorm. 575 'senectus ipsa est morbus' et Sen. ep. 108_{28} (507_{27}) '. . ait Vergilium semper una ponere morbos et senectutem, non mehercules immerito. senectus enim insanabilis morbus est' (cf. Moorium p. 100).

3. Non minus in diatribis usitata est comparatio navis vel gubernatoris. Quo in numero habemus § 17 (137_{33}), § 71 (156_{31}), § 72 (157_5). Eadem fere nautarum opera, quae in § 17 inveniuntur, enumerat, sed imagine ad suam rem accommodata, Epictetus III 24_{33} (292_{11}) *πάλιν ἐν πλοίῳ ναύτης ἂν πλέῃς, μίαν χώραν κάτεχε καὶ ταύτην προσλιπάρει· ἂν δ' ἐπὶ τὸν ἱστὸν ἀναβῆναι δέῃ, μὴ θέλε, ἂν εἰς τὴν πρῷραν διαδραμεῖν, μὴ θέλε· καὶ τίς ἀνέξεταί σου κυβερνήτης; οὐχὶ δ' ὡς σκεῦος ἄχρηστον ἐκβαλεῖ . . .* Re magis consentit Lucianus, qui in Iov. trag. 46—48 Iovem cum optimo gubernatore, homines cum inertibus nautis comparat: *τὸν μὲν κυβερνήτην ἐκεῖνον εἶδες ἂν ἀεὶ τὰ ξυμφέροντα ἐπινοοῦντα καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ παρασκευαζόμενον καὶ προστάττοντα τοῖς ναύταις, ἀλυσιτελὲς δὲ οὐδὲ ἄλογον οὐδὲν εἶχέ τι ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρήσιμον πάντων καὶ ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν ναυτιλίαν κ.τ.λ.* (cf. Helmium l. l. p. 147). — Eodem modo locis Cynicis mortis cum portu comparatio (§ 71) illustrari potest: Cic. Tusc. V 117 (465_9) 'Portus enim praesto est, aeternum nihil sentiendi receptaculum', Tusc. I 118 (326_9); Sen. de vita beata 19_1 (216_{14}), ep. 70_3 (221_{15}) 'portus est (scil. finis generis humani), aliquando petendus, numquam recusandus', ep. 104_{22} (487_{15}); Epict. IV 10_{27} *εἰ οὕτω τάλας εἰμί, λιμὴν τὸ ἀποθανεῖν. οὗτος δ' ἐστὶν ὁ λιμὴν πάντων, ὁ θάνατος, αὕτη ἡ καταφυγή*; Plut. de tranq. 17 p. 236_{24} Bern.[1]) *ἐγγὺς ὁ λιμὴν καὶ πάρεστιν ἀπονήξασθαι τοῦ σώματος*; Marc. Aurel. III 3 (22_{15}) *ἐνέβης, ἔπλευσας, κατήχθης· ἔκβηθι. Εἰ μὲν ἐφ' ἕτερον βίον, οὐδὲν θεῶν κενόν . . .*; Themist. de anima fg. (Stob. flor. 115_{28}, v. d. Ton p. 141). Huius, ut omnium fere imaginum, auctores philosophi Cynici non fuerunt; nam

[1]) vide Seidelium p. 45 et 21.

iam apud Herodotum exstat: VII 46_4 οὕτως ὁ μὲν θάνατος μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζοῆς καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γέγονεν. Hanc autem translationem imprimis in consolationibus occurrere F. Wilhelm l. l. p. 8 recte monet. Numeranda autem est in tritissimis illis imaginibus[1]), quibus tota vita cum navigatione comparatur. Duae cogitationes, ut in universum loquar, similitudini portus subiectae esse possunt. Primum enim portus est locus, quo navis tendit. Quare Seneca de eo, qui beneficium recte dat neque sibi id reddi vult, dicit de benef. II 31_3 (48_1 Hos.) 'Bene navigavit, qui quem destinavit portum tenuit.' Deinde est locus, ubi navis sive calamitatibus coacta sive 'ex longa navigatione' (Cat. 71) adveniens a periculis tuta est et requiescere potest. Ita legimus iam apud Aeschylum suppl. 471 Weil κοὐδαμοῦ λιμὴν κακῶν. Senectus quoque cum portu hac vi comparatur, velut Sen. ep. 19_2 (53_{15}) 'in freto viximus, moriamur in portu', ep. 14_{15} (39_{16}); vide etiam Cic. de off. III 2 (90_{16}) '(Africanus) ... interdum tamquam in portum se in solitudinem recipiebat', Brut. 8, multa alia exempla. Hae vero duae cogitationes mihi videntur imagine portus de morte adhibita coniunctae esse, sed a scriptoribus altera multo saepius quam prior exprimi solet; tamen cf. illud Epicteti ὁ λιμὴν πάντων, ὁ θάνατος. De hac translatione vide etiam Lierum 'Phil.' 62 (1903) p. 566 sq..

4. Etiam imagines de arte histrionali deductae Cynicae sunt: § 5 (133_{18}), § 48 (148_{23}), § 64 (154_{21}), § 70 (156_8), § 85 (162_1). De talibus comparationibus praeclare Helmius l. l. p. 45 sq. agit, ubi quattuor genera disiungit.

5. Frequentissimae sunt in diatribis translationes e natura, maxime ex agri cultura sumptae. Neque desunt in 'Catone': § 5 (133_{21}), § 9 (134_{34}), § 33 ($143_{6,9}$), § 49 (148_{31}), § 62 (153_{34}), § 70 (156_{13}), § 71 (156_{27}). Etiam descriptio orientis frumenti et uvae (§ 51—53), quamquam comparatio non est, hoc loco afferri potest; nam et fruges atque vitis saepissime in diatribis comparantur et ortus hominum plantarumque haud raro memoratur. Vide enim Cic. de fin. IV 37 (216_{16}), Tusc. III 2 (356_9), Sen. ep. 38_2 (109_9) 'seminis modo spargenda sunt, quod, quamvis sit exiguum, cum occupavit idoneum locum, vires suas explicat et ex minimo in maximos auctus diffunditur (cf. Cat. 51 et 52) . . . eadem est, inquam, praeceptorum condicio quae seminum: multum efficiunt, et angusta sunt. tantum, ut dixi, idonea mens capiat illa et in se trahat. multa invicem et ipsa generabit et plus reddet quam acceperit (cf. Cat. 51 p. 149_{26})', de benef. I 1_2 (1_{11} Hos.), II 11_4 (30_{11}), Marc. Aurel. X 26 (136_{16}). De frumenti exemplo cf. Cic. de fin. IV 37 (216_{16}), V 91 (273_{24}),

[1]) Exempli causa affero 'vitam gubernare': de fin. II 43 (139_{22}), IV 39 (216_{35}).

Sen. ep. 39_{4} (110_{20}), 82_{24} (308_{11}), 121_{15} (577_{5}), 124_{11} (595_{11}), Epict. II $6_{11, 12}$, III 24_{91}, IV 8_{36}, Marc. Aurel. III 2 (21_{13}), VII 40 (88_{7}), XI 34 (155_{23}), alia. Vitis exemplum affertur Cic. de fin. IV 38 (216_{23}), V 39 (252_{13}), V 40, Tusc. V 37 (438_{17}), de nat. deor. II 35 (58_{29}), 85 (76_{13}), Sen. ep. 41_{7} (117_{13}), 76_{8} (262_{3}), 112_{2} (523_{25}), Epict. II 20_{18}, 24_{17}, III 24_{86}, 24_{91}, IV 1_{121}, Marc. Aurel. V 6 ($50_{6, 10}$), VI 14 (66_{9}), VI 16 (67_{25}), VIII 19 (100_{24}), 46 (107_{20}), IX 10 (117_{20}), XI 35 (155_{23}), alibi. Quamquam pluribus testimoniis vix opus est, tamen nonnulla confero, quia cum 'Catone' maxime concinunt; cum § 51 sq. compares velim Sen. ep. 121_{15} (577_{5}) 'nam et illa herba, quae in segetem frugemque ventura est, aliam constitutionem habet tenera et vix eminens sulco, aliam, cum convaluit et molli quidem culmo, sed quo ferat onus suum, constitit, aliam, cum flavescit et ad aream spectat et spica eius induruit' et ep. 124_{11} (595_{11}) 'hoc nondum est in herba lactente nec cum folliculo se exerit spica mollis, sed cum frumentum aestas et debita maturitas coxit'; cum § 33 cf. Marc. Aurel. IX 10 (117_{18}) *Φέρει καρπὸν καὶ ἄνθρωπος, καὶ θεός, καὶ ὁ κόσμος· ἐν ταῖς οἰκείαις ὥραις ἕκαστα φέρει*; comparatio pomorum (§ 71 p. 156_{27}) aliis de rebus dicitur: Sen. ep. 12_{4}, quem locum infra p. 53 perscribam, ep. 63_{5} (185_{2}) 'sic amicorum defunctorum memoria iucunda est, quomodo poma quaedam sunt suaviter aspera', de benef. I 12_{4} (18_{6} Hos.), nat. quaest. I 6_{5} (p. 25_{21} Gercke), et eodem sensu quo Cat. 71 (156_{27}) dicit Marc. Aurel. IV 48 (45_{12}) de olea *καὶ ἵλεων καταλῦσαι, ὡς ἂν εἰ ἐλαία πέπειρος γενομένη ἔπιπτεν.*

6. Iam vero in § 84 (161_{13}) more Cynico vita cum deversorio comparatur. Quod docent alii loci: Sen. ep. 70_{16} (225_{8}) 'nemo nostrum cogitat quandoque sibi ex hoc domicilio exeundum', ep. 70_{17} (225_{11}) 'tamquam migraturus habita. propone tibi quandoque hoc contubernio carendum', ep. 102_{24} (477_{20}), ep. 107_{3} (497_{6}), ep. 108_{19} (505_{6}), ep. 120_{14} (571_{3}) 'nec domum esse hoc corpus, sed hospitium', ep. 120_{16} (571_{15}), ep. 120_{18} (572_{2}), de tranquill. 11_{7} (266_{20}), de ira II 28_{4} (97_{13}); Epict. II 23_{36}, encheir. 11, I 24_{14} *ἐπελαθόμην ὅτι τούτων οὐδὲν ἐμὸν ἦν; πῶς οὖν ἐμὰ αὐτὰ λέγομεν; ὡς τὸν κράββατον ἐν τῷ πανδοκείῳ*, Cic. de orat. III 77. Philonis exempla Paulus Wendland 'N. Fragm. Philos' (Berol. 1891) p. 44 congessit, cum tractaret Procop. p. 253 C: *τῶν δὲ ἁγίων παροικίαν καλούντων τὸν βίον* ..., Martinus Rossbroich l. l. p. 42 affert Marc. Aurel. II 17 (19_{20}), Psalm. 39 (38)$_{13}$, ibidem 119_{19}. Locus, quo animus post mortem volat, saepe vera domus nominatur, quae sententia nobis christianis tritissima est; vide Cic. de nat. deor. III 41 (121_{4}), de rep. VI 25 (376_{29}), VI 29 (378_{6}), [Plat.] Axioch. 365 E, alios locos. Crebro quoque homo cum conviva vel hospite comparatur (Tel. 16_{2}, alibi) et interdum deus cum domino convivii vel cauponae, velut Luc. Cyn. 7.

Artissime vero cum imagine deversorii coniuncta est comparatio vitae et itineris: Cat. 66 (155_2). Quocum loco cf. Sen. ep. 31_9 (96_{23}) 'tutum iter est, iucundum est, ad quod natura te instruxit', 44_7 (123_{15}), 77_{12} (272_{19}), 77_{13} (273_2), 99_{11} (457_{24}), 107_2 (496_{20}), alia; vide etiam C. Praechter 'de Hierocle Stoico' p. 50 et maxime A. Otto 'de prov. Rom.' p. 370_6, ad quos locos adiunge Sen. ep. 77_3 (270_{12}) 'quantulumcumque haberem, tamen plus iam mihi superesset viatici quam viae'.

7. Frequens quoque est apud Cynicos usus translationum a rebus militaribus repetitarum: § 5 (133_{17}), § 5 (133_{24}), § 9 (134_{32}), § 35 (143_{35}), § 46 (147_{36}), § 49 (148_{29}), § 51 (150_1), § 73 (157_{11}). Imago (§ 73), qua deus cum imperatore, homines cum militibus comparantur, per Panaetium vel Posidonium, qui tam multa ex Platone hauserunt, in thesaurum sermonis Stoici vel Cynici videtur recepta esse; nam ex eo tempore saepe occurrit: deus ∾ imperator Sen. ep. 107_9 (498_{18}), de vita beata 15_5 (213_3), Epict. I 14_3, 14_{15}, 16_4, 25_3, 29_{29}, III 10_{13}, 24_{32}, 24_{107}, 24_{112}, 24_{114}, 26_{29}, IV 1_{145}, 7_{17}, Marc. Aurel. III 5 (24_{17}), VII 45 (88_{21}), saepe; homo ∾ miles Posidon. apud Sen. ep. 113_{28} (531_{25}), Sen. de tranq. 3_5 (252_9), 4_1 (253_5), 4_5 (254_1), 5_4 (255_{21}), 8_9 (260_{13}), de vita beata 15_5 (213_1), de ira I 9_2 (56_{19}), 9_4 (56_{26}), ep. 59_7 (176_{19}), 65_{18} (195_7), 76_{23} (266_9), 107_9 (498_{20}), Epict. I 14_{15}, 16_4, III 24_{34}, 24_{36}, 24_{112}, Marc. Aurel. III 5 (24_{20}), VII 7 (81_{15}), XI 9 (146_{24}), al.. Itaque vita similis est pugnae (Sen. ep. 117_{25} p. 555_{29}), *πολέμῳ* (Marc. Aurel. II 17 p. 19_{20}), *στρατείᾳ* (Epict. III 24_{34}), obsidioni (Sen. ep. 113_{27} p. 531_{22}), militando denique (Sen. ep. 96_5 p. 445_{14}). Homo in statione est (cf. Cat. 73): Sen. de tranquill. 3_5 (252_8), 4_5 (254_1), ep. 59_7 (176_{22}), ep. 120_{18} (571_{30}) 'ideo magnus animus conscius sibi melioris naturae dat quidem operam, ut in hac statione, qua positus est, honeste se atque industrie gerat', Epict. I 9_{16}, I 9_{24} (∾ Plat. apol. 29 C, 28 E, ut Schenklius adnotat[1])) *εἰ μέν με ὁ στρατηγὸς ὁ ὑμέτερος ἔταξεν εἴς τινα τάξιν, ὅτι ἔδει με τηρεῖν αὐτὴν καὶ φυλάττειν καὶ μυριάκις πρότερον αἱρεῖσθαι ἀποθνήσκειν ἢ ἐγκαταλιπεῖν αὐτήν, εἰ δ' ὁ θεὸς ἔν τινι χώρᾳ καὶ ἀναστροφῇ κατατέταχεν, ταύτην δ' ἐγκαταλιπεῖν δεῖ ἡμᾶς*, I 13_4, II 1_{39}, III $1_{18, 19}$ (∾ Plat. apol. 28 E), 24_{114}, IV 10_{16}, encheir. 22, Marc. Aurel. III 5 (24_{17}), VII 45 (88_{20}), XI 20 (153_9 sq.). Platonicae originis in hac imagine adhibenda Cynicos et Stoicos semper conscios sibi fuisse vides ex Epict. I 9_{24}, III 1_{19}, Marc. Aurel. VII 45 (88_{20}). — Cum ceteris imaginibus rerum militarium cf. hos locos: cum § 35 Cat. cf. Sen. ep. 50_5 (141_{15}) 'laborandum est', 78_{15} (279_{16}) 'toto contra ille

[1]) Adhuc omnes editores falso de Plat. Phaedon. 62 B solent Cat. 73 deducere, sed hic locus cum apol. 28 E re vera conferendus est; neque enim imago custodiae, carceris, vinculorum (velut Tusc. I 118, de rep. VI 15 'in custodia corporis'), sed stationis in 'Catone' exstat.

pugnet animo ... obstandum est', 78_{21} (281_{19}) 'bene luctare cum morbo', 123_{13} (591_{2}); cum § 46 de senect. cf. Cic. de fin. V 29 (247_{23}) 'ipsi sibi bellum indixissent', Sen. ep. 51_{6} (143_{28}) 'debellandae sunt in primis voluptates', ep. 87_{9} (338_{13}), ep. 73_{6} (243_{18}); cum Cat. 49 cf. Sen. ep. 93_{4} (401_{16}) 'functum omnibus vitae humanae stipendiis'.

8. Perlibenter scriptores Cynici homines cum bestiis comparare solent; cf. Eichenbergium p. 15. In 'Catone' (§ 27 p. 141_{1}) vires hominum et bestiarum inter se conferuntur. Taurus et elephantus saepe propter immanitatem, vires, magnitudinem laudantur: a) taurus: Cic. de nat. deor. I 77 (29_{13}), II 127 (92_{23}), 159 (103_{30}), Sen. de ira I 1_{6} (47_{22}), 15_{2} (62_{4}), **II 31_{6}** (100_{28}), III 30_{1} (139_{8}), 43_{2} (149_{16}), ep. 15_{2} (40_{24}) 'cum tibi feliciter sagina cesserit et tori creverint, nec vires umquam opimi bovis nec pondus aequabis', **ep. 90_{4}** ($368_{15, 16}$), Epict. I $2_{30, 32}$, III 1_{22}, $22_{6, 99}$, IV 8_{42}, saepe; b) elephantus: Cic. de nat. deor. I 88 (33_{7}), 97 (36_{15}), Sen. de benef. I 2_{5} (5_{18}), **II 29_{1}** ($45_{24, 25}$), de ira II 11_{5} (83_{8}), 31_{6} (100_{28}), **ep. 60_{2}** ($181_{4, 5}$), 85_{41} (330_{10}), al..

9. Aliae quoque comparationes 'Catonis' ex sermone Cynico deduci possunt, velut illa de stadio sumpta (§ 83 p. 161_{6}), imago aedificii (§ 72 p. 157_{6}), vini (§ 65 p. 154_{34}), sed vereor, ne longus sim.

IV. De auctore Graeco.

Ut summam huius de genere dicendi quaestionis faciamus, auctorem Graecum, quem Cicero secutus est, aut Cynicum aut Stoicum fuisse apparet. Quin etiam accuratius, siquidem uno ex fonte maximam libelli partem fluxisse licet statuere, possumus diiudicare: auctorem fuisse asseculam mediae scholae Stoicae, quae dicitur.

Nam sententiae philosophae, quas in 'Catone' legimus, omnes tantummodo cum Stoicis congruunt[1]). Huius quidem sectae more totum genus humanum in duas partes inter se maxime contrarias dividitur, in sapientes et stultos (Cat. 4 et 5); his 'nihil est in ipsis opis ad bene beateque vivendum' (§ 4 p. 133_{1}), illi 'omnia bona a se ipsi petunt' (§ 4 p. 133_{3}), quo de *αὐταρκείας* dogmate vide Zellerum 'Philos. d. Griech.' III 1^{4} p. 224 adn. 5; hi 'naturae repugnant' et 'Gigantum modo bellant cum dis' (§ 5 p. 133_{25}), illi 'naturam optimam ducem tamquam deum sequuntur eique parent' (§ 5 p. 133_{17}), quacum sententia cf. summam vitae legem Stoicam *τοῦ ὁμολογουμένως τῇ φύσει ζῆν*. Item 'perfecta sapientia' (§ 4 p. 132_{33}) Catonis non pertinet ad 'usum multarum rerum' (Lael. 6 p. 164_{23}) et eius cognomen (cf. § 5 p. 133_{16} et quos locos p. 22 congessi),

[1]) Cum Schroeterus p. 49 nonnullas Stoicas sententias exponat, hac sequenti argumentatione gravissimas breviter perstringam.

sed sensu Stoico dicitur et opponitur 'stultitiae inconstantiae atque perversitati' (§ 4 p. 133_7). Hoc de dogmate sapientium et stultorum cf. Zellerum III 1 [4] p. 254 sq.. Sapienti autem homini 'nihil malum potest videri, quod naturae necessitas adferat' (§ 4 p. 133_3); ἀδιάφορον enim est, ut divitiae, paupertas, valetudo, vita ipsa, ita senectus (v. Zellerum III 1 [4] p. 218—220). Itaque pergitur § 4 (133_5) 'quo in genere est in primis senectus'. Summum vero bonum est virtus. Quam non solum in cognoscendo, sed maxime in agendo positam esse Zenonis secta sibi persuasit: § 9 (134_{33} sq.) et § 13 (136_{14} sq.); cf. Zellerum III 1 [4] p. 212 sq..

Omnino partitio totius quaestionis (§ 15 p. 137_4 sq.) e mente et more Stoicorum fit, qui in dividundo libentissime numero q. e. quattuor uti solent [1]). Ut exempla afferam, disiungunt quattuor elementa, quattuor virtutes, quattuor res corpore carentes, quattuor affectus, quattuor genera naturae rerum, bis quattuor partes animae, quattuor causas honesti (de off. I 15, 152), quattuor genera bellorum (de rep. III 35), quattuor modos notionum (de nat. deor. III 16). Saepe, si fieri potest, argumenta quoque librorum quadrifariam dispertiuntur, ut habes in l. de nat. deor. II 3 (47_{24}); ibidem § 85—168 afferuntur quattuor causae, cur hominum commodo prudenter a deo sit provisum. Quattuor aetates distinguuntur Cat. 33 (143_7) et § 76 (158_9), item Sen. ep. 70_2, 121_{16}, 124_{12}, al. . Sed quadripartitioni § 15 ideo maior vis tribuenda est, quod per vim ita dispertitum est; nam primus et alter locus inter se nihil fere differunt, aut certe distineri non possunt, quia prima causa necessario ex altera efficitur.

Iam grave testimonium Stoici auctoris mihi videtur enumeratio principum philosophorum praebere (§ 23) [2]). Postremo enim non sine vi Stoici, tamquam recentissimi principes philosophorum sint, nominantur. Deinde exstant alia exempla ἀπαθείας sapientis Stoici. Hic enim omnibus rebus, quas natura dat, contentus est, quas autem natura recusat, ne cupit quidem: § 27 (140_{36}—141_3), § 33 (143_{2-10}); cum § 33 (143_2) cf. Sen. ep. 74_{12} '(virtus) praesentibus gaudet, non concupiscit absentia'. Sapiens etiamsi viribus corporis paene caret, tamen ingenii habet; haec condicio ei satis est, quia virtute et beata vita non prohibetur (cf. Zellerum l. l. p. 313—314): § 28 (141_{21}), § 38 (145_1). Cum permagnae vires

[1]) v. Krollium 'Gesch. d. klass. Phil.' p. 45.

[2]) Enumerantur, si recte iudico, ei summorum philosophorum, qui octoginta annos vel amplius vixerint aut vixisse sententia auctoris putentur. Idem terminus senectutis in § 4 (133_{12}), Sen. ep. $93_{3,4}$, Luc. Hermotim. 77, al. invenitur. Quamquam Pythagoras ex Apollodori quidem iudicio tantum 75 annos et Zeno 72 vixerunt. Sed hoc modo intellegimus, cur Socrates, Aristoteles, Epicurus, alii, qui aetatem 80 annorum consecuti non sunt, praetermittantur. Tamen mirum est, quod nemo Peripateticus, ne Theophrastus quidem, nominatur. Num Peripateticus quidam unquam sectam suam praetermitteret, si principes philosophorum enumerare vellet et Xenocratem atque Cleanthem laudaret?

corporis ei parvae sint, interrogat quasi superior virtute sola confisus (§ 33 p. 142_{33}) 'num idcirco est ille praestantior?' Beatus autem est senex, quamvis invalidus, qui adulescentes 'ad virtutum studia ducit' (§ 26 p. 140_{21}); v. etiam § 29 (141_{29}).

Eiusdem quoque scholae ex consuetudine contra voluptates vehementer pugnatur (§ 39 p. 145_{14} sq.; § 42 p. 146_{10}) et in Epicurum impetus occulte fiunt (§ 43 p. 146_{26} et 146_{36}[1]); § 47 p. 148_{10}); cf. Zellerum l. l. p. 221 sq.. Quod paululum recedens auctor quendam voluptatis modum fortasse concedi posse § 44 (147_{7}) et § 46 (147_{35}) fingit, haec sententia a placitis Stoicis non abhorret. Nam scriptor cum certa condicione rem exponit et ex sincera veterum Stoicorum mente profitetur sibi voluptatem esse ἐπιγέννημα, non τέλος: § 45 (147_{22}) et § 46 (147_{30}); cf. Zellerum p. 222 et 223[2]), de off. I 105 (36_{30}) et 106 (37_{1}): '... videndique et audiendi delectatione ducitur', 'sin sit quispiam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse eius fruendae modum', de off. III 120 (130_{1}), de fin. III 17 (177_{21}), quo de loco v. Hirzelium l. l. p. 444. Nec minus constat, quae horrenda etiam ad voluptatem corporis pertinentia Zeno eiusque secta pro licito habuerint atque defenderint (cf. Zellerum p. 289—291). Neglegendum denique non est, quam caute auctor loquatur. Qui cum aliter sentiat, postremo rursus fastidium vere Stoicum omnium voluptatum non reprimit: § 48 (148_{21}), § 50 (149_{14}). Qua de causa senex beatus describitur omnibus affectibus vacuus: § 49 (148_{28}); cf. Zellerum p. 216.

Sed haud dubie digressio, qua de agri cultura agitur (§ 51 sq.), Stoicam, non Cynicam originem testatur[3]). Stoicis enim maxime de ortu herbarum Cicerone teste (de fin. IV 13 p. 206_{24}) loqui placebat. Ne omnia afferam, certe duae res sunt Stoicae. Primum Zenonis secta solet commentari omnia a natura sapienter et ad certum usum instituta esse, velut legimus de nat. deor. II 143 'Munitaeque sunt palpebrae tamquam vallo pilorum, quibus et apertis oculis, si quid incideret, repelleretur e. q. s.'. Aeque autem exponitur Cat. 51 (149_{37}) '(spicus) contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum', cf. § 52 (150_{10-13}) et § 53 (150_{20-22}). Cum sententia vero Stoica, qua docetur omnia 'nata esse hominum

---

[1]) Has § 43 partes in exemplo Graeco coniunctas esse patet. Qanto autem labore et quanta ingenii acie Cicero verba vere Graeca fabulis fictis in res Romanas transfert!

[2]) v. etiam Rudolfum Hirzel 'Unters. z. Cic. philos. Schr.' II p. 439 sq., qui Stoicos non solum gaudium (χαράν), sed etiam voluptatem corporis (ἡδονήν) esse ἐπιγέννημα credidisse contra Zellerum docet.

[3]) Schroeterus (p. 44), Gerckius ('Arch. f. Gesch. d. Philos.' 5 p. 208), alii hanc partem totam Ciceroni demum ascribere non cunctantur. Sed vel prima verba repugnant: (§ 51 p. 149_{24}) '(voluptates agricolarum) mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere'.

causa et deorum' (de fin. III 67, de off. I 22 p. 9_{16}), bene congruunt verba § 56 (151_{32}) 'rerum omnium, quae ad victum hominum, ad cultum etiam deorum pertinent'. Eodem in enuntiato more Stoico (cf. de fin. III 18 p. 178_8 sq.) res ad utilitatem hominum (et deorum) et ad delectationem pertinentes distinguuntur. Deinde his in 'Catonis' capitibus ortus et incrementa plantarum calori et igni, quem Stoici deum et primum elementum nominant (cf. Zellerum p. 140—141, Cic. de nat. deor. II 23 sq., maxime § 26), tribuuntur: § 51 (149_{32}) et § 53 (150_{19-22}).

Iam vero auctor Stoicus honores, etiam dignitatem a natura senibus datam, parvi aestimat[1]): (§ 63 p. 153_{36}) 'honorabilia, quae videntur levia atque communia'. Sola honeste facta habent verum pretium: § 62 (153_{33-35}), § 69 (156_3), § 71 (156_{18}), § 84 (161_{12}). Et 'recte ... vivitur, quoad munus officii exsequi et tueri possis (sic Simbeckius, 'possit' Muellerus § 72 p. 156_{34})'. Ne enim indigna pati vel 'munus officii' deserere cogatur, licet Stoico εὐλόγῳ ἐξαγωγῇ se interimere: § 72—73, § 76 (158_{15}); cf. Zellerum p. 313—318. Nam vita ei ἀδιάφορον est (§ 72 p. 157_9) neque modo mors contemnenda est (§ 66 p. 155_7 et § 74), sed etiam senibus bonum (cf. Sen. nat. quaest. I praef. 4 p. 2_{16}G., ep. 71_{16} p. 232_{27}, Tusc. I 16 p. 285_{19}), id quod in § 71 (156_{19}) tali forma conclusionis efficitur, qualem Stoici adamant (cf. Zellerum p. 216 adn. 1, 220 adn. 1), 'Omnia ..., quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis; ... est autem ... secundum naturam ... senibus emori'; (ergo senum mors est bonum;) cf. Zenonis (Sen. ep. 82_9 p. 303_1) illud 'nullum malum gloriosum est. mors autem gloriosa est: mors ergo non est malum'. Praeterea inveniuntur, quae ad leges Stoicas omnia aequo animo ferendi et fatali necessitati parendi possint referri (§ 69/70 p. 156_6 sq., § 77 p. 158_{22}, § 85 p. 161_{36} sq.) et ad placitum naturae optime res instituentis (§ 71 p. 156_{20}, § 72 p. 157_7, § 77 p. 158_{28}).

In § 77 (158_{22-30}) vero sententiae Platonicae[2]) inveniuntur, sed colore Stoico redduntur: 'munere quodam necessitatis et gravi opere perfungimur' ... 'caelestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitae modo atque constantia'. Etiam multis aliis locis Plato, Xenophon, Pythagoras exscripti sunt (v. p. 38), sed Zenonis verba nusquam, quamquam tot viri, in 'Catone' nominantur. Sed cum loci Pythagorei vel Platonici apud veteres Stoicos nondum occurrant, ex numero posteriorum (Panaetii vel Posidonii aetatis) auctorem Graecum, quem Cicero secutus est, requirendum esse mea quidem sententia verisimile est. Aristo autem, cuius

---

[1]) Sed gloriae cupidissimus ille consularis Romanus sibi non temperat, quin amplissimos honores et titulos insignes praedicet et exemplis Romanis (§ 60/61) illustret.

[2]) cf. Plat. Tim. 41 C, 42, 47 B, 47 C et G. Schneider 'Zeitschr. f. Gymnw.' 33 (1879) p. 682 sq..

Tithonus' § 3 (132_{21}) nominatur, summus auctor Tullii vix esse potest, quia tot hominum singulorum facta, dicta, sententias a Tithono enarrata esse credibile non est; cf. etiam Schroeterum p. 38. Itaque per alium scriptorem nomen et certe verba quoque Aristonis ad Ciceronem pervenisse necesse est, nisi Tullium compluribus libris in 'Catone' conscribendo usum esse existimare mavis. Qua de causa item auctorem posteriorem ponere cogimur.

Priusquam vero hanc quaestionem aggrediamur, nonnulla de illo Aristone dicenda sunt. Utrum enim Aristo Ceus sive Peripateticus an Chius sive Stoicus intellegendus sit, magna inter viros doctos controversia est, de qua vide Schroeterum p. 35, 36, 45 sq.. Equidem cum Schroetero aliisque illum fuisse Aristonem Stoicum probabile esse puto. Idem vir doctus iam ex fragmentis Aristonis Chii complura 'Catoni' similia p. 50 contulit, sed adde imprimis Laertae exemplum, quod et in Cat. 54 et in Chii philosophi fg. 350 inveniri supra p. 40 vidimus (cf. infra quoque p. 52). Sed dubito, num Tithoni titulus cum Stoicorum quorundam libris, qui inscribuntur *Ἑρμῆς, Μήδεια, Θυέστης*, comparari possit, ut Schroeterus p. 54 iudicat, nam hae, si Ernestus Weber 'stud. Lips.' X p. 145 sq. recte cognovit, tragoediae vel hilarotragoediae sunt. Ego potius crediderim Varronis saturam Menippeam, quae aeque Tithonus inscribitur, cum Aristonis libro coniunctam esse affinitate quadam, quam etiam verbis similibus Moorius et Schroeterus fortasse non nihil probaverunt[1]). Etiam apud Varronem Tithonum pro senectute loqui, quamquam restat cur dubites, fortasse concludere licet ex fg. 1 et 4 (fg. 544 et 547 Buecheler). Nec tamen controversia adhuc certe diiudicari potest. Omnino nego Aristonem utrumvis Ciceroni plurima praebuisse, ut supra argumentis confirmavi. Quae vero Aristonea Schroeterus ex 'Catone' suum ad arbitrium collegit[2]), ea maximam partem eodem iure possunt attribui illi Stoico, quem potissimum Tullius secutus est.

Quis autem hic fuerit, nunc quaeramus. Temporum, quibus fuit, indicia libellus ipse vix praebet idonea. Nam a Cicerone videtur additum esse nomen Diogenis Stoici, quod § 23 (139_{28}) legimus: 'Num igitur hunc (scil. Sophoclem), num Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum,

---

[1]) cf. Schroeterum p. 53, sed idem Riesium ('Varr. sat. Men.' prol. p. 29) secutus forsitan nimium obtineat, cum censeat Varronem imitatum esse librum Aristonis; nam vide Hensium 'Tel. rel.'[2] p. CXVI adn. 2.

[2]) Velut p. 56 imagines Cynicas arboris, aedificii, navis Aristoni sine ulla dubitatione ascribit. Sed multo infelicius A. Giesecke 'N. Jahrbb.' 145 ($1892)_{210}$ Platonica (de rep. I 329 D), quae in 'Catone' sunt versa, ad Aristonem Chium refert: 'Wenn § 7 auf die Klagen gegen das Alter im allg. geantwortet wird: omnium istius . . . molesta est, so ist das eine spezielle Anwendung der Aristonischen Lehre von der *ἀδιαφορία* der äußern Güter und Übel'. Et tamen idem vir doctus putat se certa quaestionis elementa praebere.

num, quos ante dixi, Isocraten, Gorgian, num philosophorum principes, Pythagoram, Democritum, num Platonem, num Xenocraten, num postea Zenonem, Cleanthem aut eum, quem vos etiam vidistis Romae, Diogenem Stoicum, coegit in suis studiis obmutescere senectus?' Bini igitur viri et ex ordine temporum, quibus fuerunt, et ex genere studiorum vel artis enumerantur (v. Moorium p. 87):

1. duo poetae epici, }	4. duo philosophi antiquissimi,
2. duo poetae lyrici, }	{ 5. duo philosophi Academici,
3. duo oratores,	{ 6. duo philosophi Stoici.

Immo artificiosissima est structura. Neque pro nihilo putanda est nominum Homeri Hesiodi, Simonidis Stesichori allitteratio, quam etiam Graecos quosdam [1]) adamavisse certum est. Aut valde erro aut auctor Graecus artis membra aequaliter formandi sibi conscius erat. Bimembris vero elocutio maxime additamento nominis Diogenis deletur, quod ideo interpreti Latino tribuere malim [2]). Nec autem tantopere deletur verbo 'num', quod Xenocratis nomini antecedit, quia philosophos unius sectae continere certe scriptori licet, cum eandem vocem 'num' repetat, sed concedo melius futurum fuisse, si auctor, non dico illud 'num' omisisset, sed etiam ante 'Cleanthem' particulam repetivisset. At pro Cicerone argumentum afferri potest, quod Diogene Stoico addito hos tres Stoicos artius voluit coniungere. Et verba, q. s. 'aut eum' usque ad 'Diogenem Stoicum', eum addidisse verisimillimum est. Certe enim enuntiatum relativum 'quem — Romae' ab auctore Graeco abhorret. Feliciter accidit, quod verba Ciceronis esse non nihil probare possumus. Omnia enim apparent, si praefationem Tusc. disp. IV, quam brevi ante 'Catonem' scripserat, revolvimus: (§ 5 p. 392_{36}) 'Quibus (scil. Laelio et Scipione) adulescentibus Stoicum Diogenem et Academicum Carneadem video ad senatum ab Atheniensibus missos esse legatos' et paulo supra (392_{32}) 'Sed de ceteris studiis alio loco et dicemus, si usus fuerit, et saepe diximus', quae verba eadem fere sunt atque Cat. 3 (132_{18}) 'Sed de ceteris et diximus multa et saepe dicemus'. Ceterum legatio philosophorum saepe memoratur: Acad. prior. II 137 (81_{26}), de orat. II 155 (106_{6}), 157 (106_{21}), 160 (107_{13}), ad Att. XII 23_{2}, de rep. III 9 (335_{6}) Lactantio testante 'is (scil. Carneades) cum legatus ab Atheniensibus

---

[1]) velut Teletem (cf. H. de Mueller 'de Teletis elocutione' diss. Frib. 1891 p. 72) et imprimis Posidonium (cf. M. Arnold 'quaest. Posid.' diss. Lips. 1903 p. 62); ceterum vide Ed. Norden 'Ant. Kunstpr.' I 59.

[2]) Quamquam nomen Diogenis omnibus attributionibus vacuum apud auctorem Graecum omnino inveniri non posse contendere nolim, nam cf. § 63 (153_{36}) 'salutari adpeti, decedi adsurgi, deduci reduci consuli'. Sed vix id credam, cf. etiam supra p. 36

Romam missus esset, disputavit de iustitia copiose audiente Galba et Catone Censorio, maximis tunc oratoribus.'

Quodsi Diogenem Stoicum valere iubemus, cetera indicia, quibus tempora auctoris inveniri possint, aut incerta sunt, ut in § 27 (141_2) elephantus' (post Aristotelem), aut omnino ad aetatem Panaetii vel Posidonii non descendunt. Atque hoc ne licebat quidem fieri, si Cicero Catonis personam recte volebat servare. Extremum certe temporis spatium senectus Cleanthis (§ 23) significat. — Itaque libros, qui similes locos atque 'Cato' praebent, ad auctorem cognoscendum percurramus.

De ratione, quae inter auctorem Ciceronis Graecum et Bionem intercedit, O. Hense 'Tel. rel.' ² CXIV—CXXII disputat, sed Bionea in maius extollit[1]). Equidem locos, quos Hensius p. CXVI inter se confert (Tel. p. 15_{11} sq. ~ Cat. 84 p. 161_{13}) congruere vix concedam: immo sunt translationes Cynicae diversae, quamvis ex similibus rebus ortae; Bionis locum qui imitatur, non pro verbis *καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας* verba q. s. 'non tamquam e domo' dicere solet, etiamsi alium sensum verbo *οἰκίας* subicit; omnino apud Teletem homines cum inquilinis, apud Ciceronem cum peregrinatoribus, qui paulisper in deversorio commorantur, contenduntur. Praeterea utraque imago in scriptis Cynicis usitata est, fortasse iam ante Bionem, cui nimis honoris attribui solet[2]); cf. Eurip. suppl. 534 sq., quem locum affert Duemmlerus 'script. min.' I 162, *οὔτι γὰρ κεκτήμεθα ἡμέτερον αὐτὸ πλὴν ἐνοικῆσαι βίον*, Arist. fg. apud Stob. fl. 118_{29} servatum *ὥσπερ γὰρ ἐκ σαπροῦ καὶ ῥέοντος συνοικιδίου ἀσμένως ἀπαλλάττομαι* (cf. Tel. 27_2), Metrod. fg. ibidem 118_{33} servatum *πόλιν ἀτείχιστον οἰκοῦμεν*. De loco communi habitationis conductae Seidelius l. l. p. 40 agit, imaginis deversorii p. 43 sq. congessi multa exempla. Deinde putat Hensius p. XC 'illud breve vitae reliquum' (Cat. 72 p. 157_9) nihil aliud esse nisi *λείψανον τοῦ βίου*, quae verba in gnomol. Vatic. 163 (Sternb.) legimus *ὁ αὐτὸς* (scil. *Βίων*) *ἔφη τὸ γῆρας λείψανον εἶναι τοῦ βίου*. Quod si verum est, certe verba Bionis pessime sunt conversa. Quam enim ineptum est prodere memoriae Bionem senectutem 'supremos vitae annos' nominavisse. At Bionis *λείψανον* significat reliquias i. e. ossa vel reliquias cenae, siquidem de Senecae (ep. 77_8 p. 271_{18}) imagine Cynica cogitare mavis. Et Ciceronis 'illud breve vitae reliquum' potius eandem vim habet quam *τὸ μικρὸν λοιπόν* in Antiphanis versibus (Stob. fl. 116_{13}), quos Hensius ipse p. CXX affert et praeclare cum Cat. 65 (154_{34}) comparat. Aliter res se habet, ubi eidem poetarum loci et apud Teletem

---

[1]) Schroeterus p. 46 sq. pleraque videtur probare.

[2]) Optimo iure Hirzelius 'de dialogo' I 374 adn. 5 Hensio et Bionis studiosioribus viris obloquitur eique plane assentior.

et apud Ciceronem leguntur aut legi videntur; cf. Cat. 4 (132_{35}) '. . ut onus se Aetna gravius dicant sustinere' et Tel. p. 42_{11} (idem repetitur Tel. p. 50/1) πρεσβύτης γέγονε· πάλιν ἐπιθυμεῖ τὰ ἐν νεότητι,

ἡ νεότης μοι φίλον ἀεί, τὸ δὲ γῆρας
βαρύτερον Αἴτνης . . .

Sed ex Teletis quidem loco Ciceronianus derivari non potest. Primum enim apud Teletem versus Euripideis (Hercul. fur. 637) similes afferuntur, apud Tullium proverbium (cf. Ottonem 'de proverb. Rom.' p. 7). Deinde apud auctorem Graecum ἄχθος omissum est, quod in 'Catone' legitur. Tamen aliquid miri habet ea res, quod idem locus apud utrumque invenitur. Fortasse iam in scriptis de senectute Theophrasti vel Demetrii Phalerei (Laert. Diog. V 43; II 13, IX 20) fuit, ex quibus et Bio, qui senex auditor Theophrasti erat, et auctor ignotus, quem Cicero secutus est, eum repetiverunt. Alii autem loci similes exstant, qui quamquam hic illic simillimi sunt, tamen omnes ex locorum communium Cynicorum usu explicari possunt:

1. Histrionis comparationes (Tel. p. 3_5 sq.; 5_2 sq.; 16_4 sq.) etiam in 'Catone' (v. p. 42) occurrunt. Quas Hensius Aristoni Ceo, qui Strabone teste (X 5_6 p. 486) Βίωνος ζηλωτής erat, tribuit. Nec vero minus probabile est Aristonem Chium aequali Bioni (vel Teleti) complura praebuisse. Nam iam apud hunc philosophum Stoicum occurrit pulcherrima histrionis imago (fg. 351 Arnim). Et id fieri potuisse ostendunt fortasse alia congrua: Tel. p. 25_6 ὥσπερ ἐξ ἑτέρας νεὼς εἰς ἑτέραν ὁμοίως εὐπλοεῖν ∾ Arist. Ch. fg. 396 κυβερνήτης μὲν οὔτε ἐν μεγάλῳ πλοίῳ οὔτε ἐν μικρῷ ναυτιάσει, οἱ δὲ ἄπειροι ἐν ἀμφοῖν; imago aedificii, quam Bionem in deliciis habuisse Hensius p. 27 existimat, etiam apud Arist. Ch. invenitur fg. 376 (St. V. F. I 86_{23} A.) καὶ ἐνοίκιον μὲν τῷ σταθμούχῳ (cf. fg. 371); de exemplo Laertae p. 40 dixi; ad Tel. p. 36_9 ἐπὶ τοῦ παρόντος Hensius ipse Aristonem Chium adnotat (cf. etiam Epict. I 9_{16} et III 24_{86}); idem confert Tel. p. 49_6 πρῶτον μὲν γὰρ τοῦ παντὸς χρόνου ὁ ἥμισυς ἀδιάφορος, ἐν ᾧ καθεύδω cum Arist. Ch. fg. 403 ὅτι ὁ ὕπνος οἷον τελώνης τὸ ἥμισυ ἀφαιρεῖ τούτου; cf. denique, quod Hensius ad Tel. p. 12_8 adnotat. Itaque quispiam Aristoni Chio quam Ceo consensum imaginum histrionalium attribuere malit. Multo autem veri similius est iam Bionis temporibus hanc imaginem vulgatam fuisse.

2. Tel. p. 9_1 παράφοροι δὲ πολλοὶ οὐχ ἑαυτοῖς ἀλλὰ τοῖς πράγμασι τὴν αἰτίαν ἐπάγουσιν ∾ Cat. 14 (136_{25}) 'Sua enim vitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt' et § 65 (154_{25}) 'sed haec morum vitia sunt, non senectutis'. Nescio an locus Teletis omnino Bionis non sit; nam statim pergitur ὁ δὲ Βίων, ὥσπερ τῶν θηρίων, φησί..., postquam modo Diogenis verba sunt allata. Wilamowitzius autem 'de Antig. Caryst.'

p. 297 totum enuntiatum delet. Certe vero *τόπος κυνικός* est; cf. Plat. de rep. I 329 D *ἀλλὰ καὶ τούτων πέρι . . μία τις αἰτία ἐστίν, οὐ τὸ γῆρας, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ὁ τρόπος τῶν ἀνθρώπων* (= Cic. Cat. 7 p. 134_{14}), Tel. p. 8_6 *ἀλλ' ἡμεῖς πάντα μᾶλλον αἰτιώμεθα ἢ τὴν ἑαυτῶν δυστροπίαν καὶ κακοδαιμονίαν, τὸ γῆρας, τὴν πενίαν . . . διό φησιν ὁ Διογένης φωνῆς ἀκηκοέναι κακίας ἑαυτὴν αἰτιωμένης*

οὔτις ἐμοὶ τῶνδ' ἄλλος ἐπαίτιος, ἀλλ' ἐγὼ αὐτή,

Tel. p. 9_7 (vide adnot. Hensii), Tel. p. 12_4, Sen. de tranq. 2_{15} (250_{16} Herm.) 'itaque scire debemus non locorum vitium esse quo laboramus, sed nostrum', Sen. ep. 17_{12} (49_8) 'non est enim in rebus vitium, sed in ipso animo', ep. 22_{15} (66_{20}), 30_5 (91_5), 50_1 (140_{12}), 50_4 (141_4), 71_{24} (235_7); alios locos Seidelius l. l. p. 36 affert.

3. Ex reliquis similitudinibus Teletis et Ciceronis profero tantum eum locum, qui et mihi gravissimus eorum videtur esse et nimiam vim tali consensioni attribui vetat. Nam legimus in Tel. rel. p. 59_{10} *οὐ γὰρ ὀρθῶς φησὶ βουλευομένου ὁ Στίλπων τὸ διὰ τοὺς ἀπογενομένους τῶν ζώντων ὀλιγωρεῖν· γεωργὸς οὐ ποιεῖ τοῦτο, οὐδ' ἐὰν τῶν δένδρων ξηρόν τι γένηται* . . . et in Cat. 70 (156_{11}) 'Breve enim tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum; sin processerit longius, non magis dolendum est, quam agricolae dolent praeterita verni temporis suavitate aestatem autumnumque venisse'. Eodem modo Epictetus eos, qui amisso homine vel re maerent, de exemplo agricolae monet III $24_{86/7}$ *ἐπὶ τοῦ παρόντος σοι δέδοται, οὐκ ἀναφαίρετον οὐδ' εἰς ἅπαν, ἀλλ' ὡς σῦκον, ὡς σταφυλή, τῇ τεταγμένῃ ὥρᾳ τοῦ ἔτους κ. τ. λ.*. Bene quoque Hensius ad Tel. p. 59_{11} affert Sen. ad Marc. de cons. 16_6 (173_{17}) 'in hoc te perduc, ut illas cum videris, admonearis filii, non doloris. agricola eversis arboribus, quas aut ventus radicitus evolsit aut contortus repentino impetu turbo praefregit, subolem ex illis residuam fovet . . .'.

Sunt igitur, ut paucis omnia comprehendam, apud Teletem et Ciceronem similes loci communes; Ciceronianos autem locos ex assecula Bionis repetitos esse verbis Teletis probari non potest. Neque vero dubium est, quin genus dicendi utriusque libri sit Cynicum.

Contra Senecae in epistulis moralibus sermonem saepe ex eodem auctore atque Ciceronis aut per alium scriptorem aut sine eo ortum esse mihi persuasi. Maxime tres epistulae similitudine ceteras exsuperant (nonnulla iam Moorius p. 101, 142, 144, 158 comparat):

1) Sen. ep. 12:

§ 4 (28_{21}) gratissima sunt ‚poma', cum fugiunt.	Cat. 71 (156_{27}): et quasi ‚poma' ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur, si matura et cocta, decidunt, sic . .

§ 5 (28_{26}) et illam quoque in extrema regula stantem iudico habere suas voluptates. aut hoc ipsum succedit in locum ‚voluptatium, nullis egere‘. „quam dulce est“ „‚cupiditates fatigasse ac reliquisse‘“. ‘molestum est’ inquis ‘mortem ante oculos habere’. primum ista «tam seni» ante oculos debet «esse quam iuveni». non enim citamur ex censu. deinde ««nemo tam senex est, ut inprobe unum diem speret»».

§ 44 (147_{4}) summa laus senectutis est, quod ea ‚voluptates nullas‘ magnopere ‚desiderat‘; § 47; § 49 (148_{28}) „At illa quanti sunt“, animum tamquam „‚emeritis stipendiis‘“ libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, „‚cupiditatum‘“ omnium „‚secum esse secumque, ut dicitur, vivere‘“. § 67 (155_{22}) Sed redeo ad mortem inpendentem. Quod est istud crimen «senectutis», cum id ei videatis «cum adulescentia esse commune»? § 24 (139_{36}) ««nemo enim est tam senex, qui se annum non putet posse vivere»».

§ 9 (30_{4}) hoc (scil. *βεβίωται, βεβίωται*), quod ille (scil. Pacuvius) ex mala conscientia faciebat, nos ex bona faciamus et in somnum ituri laeti hilaresque dicamus: ‚‘vixi et quem dederat cursum fortuna, peregi’‘. crastinum si adiecerit deus, laeti recipiamus. ille beatissimus est et securus sui possessor, qui crastinum sine sollicitudine expectat.

§ 84 (161_{11}) neque me vixisse paenitet, quoniam ita ‚vixi, ut non frustra‘ me natum existumem.

§ 74 (157_{25}) Moriendum enim certe est, et incertum an hoc ipso die. Mortem igitur omnibus horis inpendentem timens qui poterit animo consistere?

2) Sen. ep. 26:

§ 4 (80_{3}) ‘incommodum summum est’ inquis ‘minui et deperire et, ut proprie dicam, liquescere. ‚non enim subito‘ inpulsi ac prostrati sumus: carpimur. ‚singuli dies aliquid subtrahunt viribus’‘. „ecquis exitus est melior“ quam in finem suum „‚natura solvente dilabi‘“?

§ 38 (145_{5}) Ita ‚sensim sine sensu‘ aetas ‚senescit nec subito‘ frangitur, sed ‚diuturnitate extinguitur‘. § 72 (157_{3}) Sed vivendi „est finis optimus“, cum „‚integra mente certisque sensibus‘“ opus ipsa suum eadem, quae coagmentavit, „‚natura dissolvit‘“.

3) Sen. ep. 30:

§ 1 (89_{23}) Bassum Aufidium, virum optimum, vidi quassum, ‚aetati obluctantem‘.

§ 35 ($143_{33, 35}$) ‚Resistendum . . . senectuti est . . . . pugnandum . . . . contra senectutem‘.

§ 1 (89_{25}) ‚magno‘ senectus ‚et universo pondere‘ incubuit.

§ 4 (132_{35}) (senectus) plerisque senibus sic odiosa est, ut ‚onus‘ se ‚Aetna gravius‘ dicant sustinere.

§ 2 (90_{3}) ‚quemadmodum in nave‘, quae sentinam trahit, uni rimae aut alteri obsistitur, ubi plurimis locis laxari coepit et cedere, succurri non potest navigio dehiscenti: „ita in senili corpore“ aliquatenus inbecillitas sustineri et fulciri potest. ubi ‚tamquam in putri aedificio‘ omnis iunctura diducitur, et dum alia „‚excipitur‘“, alia „‚discinditur‘“, circumspiciendum est, quomodo exeas.

§ 3 (90_{11}) hoc ‚philosophia‘ praestat, in conspectu mortis ‚hilarem‘ esse e. q. s..

§ 10 (92_{7}) nam quemadmodum „senectus adulescentiam sequitur“, ita ‚mors senectutem‘.

§ 10 (92_{10}) quam ideo «timere» „‚dementis‘“ est, quia «certa» expectantur, «dubia metuuntur».

§ 11 (92_{17}) quicquid (scil. natura) composuit, resolvit, et quicquid resolvit, componit iterum. iam vero si cui contigit, ut ‚illum senectus leniter emitteret‘ „non repente avulsum vitae“, „‚sed minutatim subductum‘“: o ne illum «agere gratias dis omnibus» decet, quod . . .

§ 13 (93_{4}) numquid ‚cum corporis viribus‘ minueretur ‚animi vigor‘. qui sic ‚crescebat‘ illi, quomodo manifestior notari solet agitatorum laetitia, cum „septimo spatio palmae adpropinquant“. dicebat quidem ille Epicuri praeceptis obsequens, primum sperare se «‘nullum‘» „‚dolorem‘“ «‘esse‘» „‚in illo extremo anhelitu‘“; «si tamen esset», habere aliquantum

§ 72 (157_{5}) ‚Ut navem, ut aedificium‘ idem destruit facillime, qui construxit, „sic hominem“ eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit. Iam omnis conglutinatio recens „‚aegre‘“, inveterata „‚facile divellitur‘“.

§ 2 (132_{16}) Numquam igitur digne satis laudari ‚philosophia‘ poterit, cui qui pareat, omne tempus aetatis ‚sine molestia‘ possit degere.

§ 76 (158_{14}) ut superiorum aetatum studia occidunt, sic ‚occidunt‘ etiam ‚senectutis‘ e. q. s.. § 4 (133_{9}) qui enim citius „adulescentiae senectus“ quam pueritiae adulescentia „obrepit“? § 68 (155_{28}) Quid enim „‚stultius‘“ quam «incerta pro certis» habere, «falsa pro veris»?

§ 72 (157_{7}) hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit.

§ 38 (145_{5}) Ita ‚sensim sine sensu aetas senescit‘ „nec subito frangitur“, „‚sed diuturnitate extinguitur‘“. § 46 (147_{33}) «habeoque senectuti magnam gratiam»...

§ 15 (137_{11}), § 21 (138_{32}), passim. § 50 (149_{16}) . . ‚studia doctrinae‘; quae quidem prudentibus et bene institutis pariter ‚cum aetate crescunt‘ . . . § 83 (161_{6}) valde recusem nec vero velim quasi „decurso spatio“ ad carceres a „calce“ revocari. § 74 (157_{20}) Iam „‚sensus moriendi‘“ «aliquis esse» potest, isque ««ad exiguum tempus»», praesertim seni,

««in ipsa brevitate»» solacii . . . e. q. s..

§ 14 (93_{17}) '„ignis", qui valentem materiam occupavit, ‚aqua' et interdum ruina ‚extinguendus' est: ille, «qui alimentis deficitur», „‚sua sponte subsidit'".' (= Epicuri fg. 503 U.)

§ 15 (93_{22}) plus momenti apud me habent, qui ‚ad mortem veniunt sine odio vitae' et admittunt illam, „non adtrahunt" . . . tunc „‚trepidamus, cum prope a nobis esse credimus mortem'". a quo enim non prope est, parata omnibus locis omnibusque momentis?

post mortem quidem sensus aut optandus aut «'nullus est'».

§ 71 (156_{23}) Itaque adulescentes mihi mori sic videntur, ut cum ‚aquae multitudine' „flammae vis" ‚opprimitur', senes autem sic, ut cum „‚sua sponte'" nulla adhibita vi «consumptus ignis» „‚extinguitur'".

§ 72 (157_{9}) Ita fit, ut ‚illud breve vitae' reliquum „nec avide adpetendum" senibus ‚nec sine causa deserendum sit'. § 66 (155_{4}) ...„‚maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem'" videtur, „‚adpropinquatio mortis, quae certe a senectute non potest esse longe'". § 74 (157_{25} sq.).

Vix hi loci similes omnes ex lectione tantum libelli Tulliani satis explicari possunt. Nam, ut unum argumentum pro multis proferam, in ep. 30_{14} a Seneca auctor Epicurus nominatur, a Cicerone similibus locis (§ 74 et 71) nemo, id quod facile ex studio Ciceroniano nominis Epicuri per totum librum supprimendi intellegitur. § 43 (146_{26}) enim pro Epicuro dicit 'quendam Athenis', § 85 (161_{33}) Epicurei appellantur 'minuti philosophi', § 47 (148_{10}) nullo verbo admonetur vocabulum titillationis Epicuri esse (de nat. deor. I 113 p. 41_{4}, cf. Moorium p. 114), nusquam alibi occurrit nomen Epicuri, puto ex ea causa, quod Cicero dignum esse iudicabat non solum placita Epicurea despicere Catonem, sed incerto demum rumore omnino ea audivisse (cf. § 43 p. 146_{23} sq. et 147_{1}). Sed Seneca nomen Epicuri, quod in exemplari communi fuisse videtur, affert. Praeter locos, quos supra enumeravi, disperse plura similia inveniuntur. Tamen communis auctoris nomen nusquam, quantum video, legitur.

Iam vero apud Musonium vestigia eiusdem auctoris cognosci possunt in diatribis his:

1) diatr. 11 *τίς ὁ φιλοσόφῳ προσήκων πόρος*:

p. 57_{13} Hens. *ἀμείβεται γὰρ ἡ γῆ κάλλιστα καὶ δικαιότατα τοὺς ἐπιμελομένους αὐτῆς, ‚πολλαπλάσια' „ὧν λαμβάνει" ‚διδοῦσα' καὶ ἀφθονίαν παρ-*

Cat. 51 (149_{25}): Habent enim rationem cum terra, quae numquam recusat imperium nec umquam sine usura ‚reddit', „quod accepit", sed

ἔχουσα „„πάντων τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸν βίον““ τῷ βουλομένῳ πονεῖν.

p. 58_{6} πῶς μὲν γὰρ οὐ καλὸν «τὸ φυτεύειν»; πῶς δὲ τὸ «ἀροῦν»; πῶς δὲ τὸ «ἀμπελουργεῖν»; τὸ δὲ ««σπείρειν»», τὸ δὲ ‚«θερίζειν»‘, τὸ δὲ „«ἀλοᾶν»“, οὐ πάντ' ἐλευθέρια ταῦτα καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς πρέποντα;

alias minore, plerumque ‚maiore cum faenore‘. § 56 (151_{31}) saturitate copiaque „„rerum omnium, quae ad victum““ hominum, ad cultum etiam deorum „„pertinent““. . . § 52 (150_{1}) Quid ego «vitium ortus, satus, incrementa» commemorem? § 24 (139_{34}) ... non ««serendis»», non ‚«percipiendis»‘, non „«condendis fructibus»“.

p. 59_{2} εἴ γε μὴν ἅμα ‚φιλοσοφεῖ τις καὶ γεωργεῖ‘, οὐκ ἄλλον ἂν παραβάλοιμι τούτῳ βίον οὐδὲ πορισμὸν ἕτερον προτιμήσαιμι ἄν.

§ 51 (149_{24}) (‚voluptates agricolarum‘) mihi ‚ad sapientis vitam‘ proxime videntur accedere.

p. 59_{12} οὕτως ἄρα καλὸν καὶ ‚εὐδαιμονικὸν‘ καὶ „θεοφιλὲς τὸ ζῆν ἀπὸ γεωργίας“ ἐστί, σύν γε τῷ καλοκἀγαθίας μὴ ὀλιγωρεῖν, ὥστε Μύσωνα τὸν Χηναῖον ὁ θεὸς ἀνεῖπε „σοφόν“ . . .
p. 63_{5} ὁ πόρος ἐκ γεωργίας φαίνεται ὢν „τῷ φιλοσόφῳ πρεπωδέστατος“.

§ 51 (149_{24}) („voluptates agricolarum“) mihi „ad sapientis vitam proxime“ videntur accedere. § 60 (153_{4}) ‚Hac igitur fortuna‘ (scil. agri colendi) frui licet senibus.

2) diatr. 17 τί ἄριστον γήρως ἐφόδιον:

p. 90_{1} τότε γὰρ καὶ ἐπαινεῖσθαι δικαίως ὑπάρχοι ἂν αὐτῷ καὶ μέγα φρονεῖν ἐφ' αὐτῷ καὶ εὔελπιν καὶ θαρραλέον εἶναι, οἷς εὐφροσύνην τε καὶ χαρὰν βεβαίαν ἕπεσθαι ἀναγκαῖον. καθόλου δὲ ἄνθρωπος ‚μίμημα‘ μὲν ‚θεοῦ‘ μόνον τῶν „ἐπιγείων“ ἐστίν . . .

§ 13 (136_{14}) Est etiam quiete et pure atque eleganter actae aetatis placida ac lenis senectus. § 77 (158_{28}) . . . ut essent, qui „terras“ tuerentur, quique ‚caelestium‘ ordinem contemplantes ‚imitarentur‘ eum vitae modo atque constantia.

p. 91_{2} εἰ μὲν οὖν τις τύχοι πρότερον ἔτι νέος ὢν παιδείας ὀρθῆς ἐπιμέλειαν πεποιημένος, καὶ τὰ μὲν ὅσα μαθημάτων ἔχεται καλῶν μεμαθηκὼς οὐκ ἐνδεῶς, τὰ δὲ ἀσκητὰ ἠσκηκὼς ἱκανῶς, οὗτος ἂν ἐν γήρᾳ ‚ταῖς ἐνούσαις ἑαυτῷ‘ χρώμενος ‚ἀφορμαῖς‘ ζῴη κατὰ φύσιν, καὶ ἀλύπως μὲν φέροι τὴν στέρησιν τῶν ἡδονῶν τῶν ἐπὶ νεότητος (Cat. argumentum 3), ἀλύπως δ' ἔχοι τῇ παρούσῃ τοῦ σώματος

§ 9 (134_{32}) Aptissima omnino sunt . . . arma senectutis artes exercitationesque virtutum, quae in omni aetate cultae, cum diu multumque vixeris, mirificos ecferunt fructus.

§ 76 (158_{13}) sunt extrema ‚quaedam studia senectutis.‘

Plat. de rep. I 329B (quem locum Hensius ad Mus. 91_{10} affert) ἔνιοι

ἀδυναμίᾳ (Cat. argumenta 1 et 2), *δυσκολαίνοι δ' οὐκ ἂν οὔτε καταφρονούμενος ὑπὸ τῶν πλησίον* (Cat. 65) *οὔτ' ἀμελούμενος ὑπὸ τῶν οἰκείων καὶ φίλων, ἅτε πρὸς ταῦτα πάντα „ἀλεξιφάρμακον“ ἔχων καλὸν ἐπὶ τῇ διανοίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, „‚τὴν παιδείαν‘“ τὴν ὑπάρχουσαν.*

δὲ καὶ τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως ὀδύρονται (= Cic. Cat. 7 p. 134_7).

§ 9 (134_{32}) Aptissima omnino sunt . . . „arma“ senectutis „‚artes‘“ exercitationesque virtutum.

p. 91_{21} *τούτων δὲ ἀκούων καὶ πειθόμενος (ὥς τό γε ἀκούειν ἀπειθῶς ἀκερδέστατον) διαθεῖτ' ἂν τὸ γῆρας καλῶς τά τε ἄλλα καὶ τὸν τοῦ ‚θανάτου φόβον‘ ἐξαιρεθείη ἂν* (Cat. argumentum 4), *„ὃς μάλιστα θορυβεῖ τε καὶ πιέζει τοὺς γέροντας“, ὥσπερ „‚ἐπιλελησμένους‘“ ὅτι παντὶ θνητῷ „‚θάνατος ὀφείλεται‘“. καὶ τό γε «ἀθλιώτατον ποιοῦν τὸν βίον» τοῖς γέρουσιν αὐτὸ τοῦτό ἐστιν, ὁ τοῦ θανάτου φόβος.*

§ 66 (155_4) (verba ab Hensio comparantur) Quarta restat causa, „quae maxime angere atque sollicitam habere nostram aetatem videtur“, ‚adpropinquatio mortis‘, quae certe a senectute non potest esse longe. O miserum senem, qui „‚mortem contemnendam‘“ esse in tam longa aetate „‚non viderit‘“. § 74 (157_{22}) Sed hoc meditatum ab adulescentia debet esse, mortem ut neglegamus, sine qua meditatione «tranquillo animo esse nemo» potest.

p. 92_{14} *ὃ δ' οὖν εἶπον, εἰ τοῦτο περιποιήσαιτό τις ἐν γήρᾳ, τὸ προσδέχεσθαι τὸν θάνατον ‚ἀφόβως καὶ θαρραλέως‘, οὐ μικρὸν ἂν πρὸς τὸ ζῆν ἀλύπως καὶ κατὰ φύσιν εἴη πεπορισμένος· κτήσαιτο δ' ἂν τοῦτο συνὼν τοῖς οὐκ ὀνόματι μόνον ἀλλ' ἀληθῶς „φιλοσόφοις“, ἄν γε καὶ πείθεσθαι θέλῃ αὐτοῖς. ἐγὼ μὲν οὖν φημὶ γήρως ἐφόδιον εἶναι κράτιστον, ὃ δὴ καὶ ἀρχόμενος τοῦ λόγου εἶπον, τὸ ζῆν κατὰ φύσιν ἃ χρὴ „‚πράττοντα καὶ διανοούμενον‘“.*

§ 2 (132_{16} cf. Hensii adnotationem) Numquam igitur digne satis laudari „philosophia“ poterit, cui qui pareat, omne tempus aetatis ‚sine molestia‘ possit degere. § 5 (133_{17}) in hoc sumus sapientes, quod naturam optumam ducem tamquam deum sequimur eique paremus. § 9 (134_{33}) . . . „‚artes exercitationesque virtutum‘“ . . .

p. 93_7 *εἰ δέ τις οἴεται ‚μέγιστον εἶναι παραμύθιον‘ τοῖς γέρουσι τὸν ‚πλοῦτον‘, καὶ τοῦτον αὐτοῖς παρέχειν ἀλύπως βιοῦν, κακῶς οἴεται.*

Plat. de rep. I 329E (hoc ab Hensio affertur) *τοῖς γὰρ ‚πλουσίοις πολλὰ παραμύθιά‘ φασιν ‚εἶναι‘* (= Cic. Cat. 8 p. 134_{20}).

3) diatr. 18^b *περὶ τροφῆς*:

p. 101_{15} *καθαρεύοι δ' ἂν τις καὶ ἀναμάρτητος εἴη ἀσκῶν καὶ ἐθίζων*

§ 36 (143_{36}) utendum exercitationibus modicis, tantum ‚cibi et

αὐτὸν αἱρεῖσθαι ‚σῖτον‘ οὐχ ἵνα ἥδηται, ἀλλ’ ἵνα τρέφηται, οὐδ’ ἵνα λεαίνηται τὴν ‚κατάποσιν‘ ἀλλ’ „ἵνα ῥωννύηται τὸ σῶμα“.

potionis‘ adhibendum, „ut reficiantur vires“, non opprimantur.

Similitudo quamquam semper fere ad locos communes pertinet aut permagna non est, tamen negari non potest. Quae nescio an ex lectione eiusdem exemplaris, quod Cicero inspexit, recte explicetur.

Sed etiam difficilius est diiudicare, num quid Epictetus illi auctori Graeco debeat. Apud hunc Musonii discipulum eosdem versus personati Pythagorae, easdem fere agricolae, militis, imperatoris, histrionis, tauri, portus, deversorii, aliarum rerum imagines, eosdem locos communes saepe occurrere et supra vidimus et nobis facile persuadere possumus. Sed quamquam idcirco communi auctore opus non est, tamen fieri potest, ut nonnulla ex eodem non dico libro, sed scriptore, quo Cicero usus est, orta sint. Cui opinioni fidem facere possunt imprimis hi loci:

Epict. I 6_{19} (23_{1}): *τὸν δ’ ἄνθρωπον ‚θεατὴν‘ εἰσήγαγεν „αὐτοῦ τε καὶ τῶν ἔργων τῶν αὐτοῦ“, καὶ οὐ μόνον θεατήν, ἀλλὰ καὶ „‚ἐξηγητὴν‘“ αὐτῶν.* ibid. I 6_{21} (23_{7}) *κατέληξεν δ’ ἐπὶ θεωρίαν καὶ „‚παρακολούθησιν καὶ σύμφωνον διεξαγωγὴν τῇ φύσει‘“.*

Cat. 77 (158_{27}): Sed credo deos inmortales sparsisse animos in corpora humana, ut essent, qui terras ‚tuerentur‘, quique „caelestium“ „‚ordinem‘“ ‚contemplantes‘ „‚imitarentur‘“ eum „‚vitae modo atque constantia‘“.

Epict. III 24_{33} (292_{12}): *ἂν δ’ ἐπὶ ‚τὸν ἱστὸν ἀναβῆναι‘ δέῃ, μὴ θέλε, ἂν „εἰς τὴν πρῷραν διαδραμεῖν“, μὴ θέλε· καὶ τίς ἀνέξεταί σου „‚κυβερνήτης‘“*; (nusquam alibi, quantum video, haec nautarum opera a Cynicis auctoribus proferuntur.)

§ 17 (137_{32}) similesque sunt, ut si qui „‚gubernatorem‘“ in navigando nihil agere dicant, cum alii ‚malos scandant‘, alii „per foros cursent“, alii sentinam exhauriant, ille autem clavum tenens quietus sedeat in puppi...

Epict. IV 8_{36} (379_{23}): *οὕτω καρπὸς γίνεται· ‚κατορυγῆναι‘ δεῖ χρόνον ‚τὸ σπέρμα‘, „κρυφθῆναι“, „‚κατὰ μικρὸν αὐξηθῆναι‘“, ἵνα τελεσφορήσῃ. ἂν δὲ πρὸ «τοῦ γόνυ φῦσαι» ««τὸν στάχυν ἐξενέγκῃ»», ἀτελές ἐστιν, ἐκ κήπου Ἀδωνιακοῦ.*

§ 51 (149_{30}) (terra) cum ‚gremio‘ mollito ac ‚subacto sparsum semen‘ excepit, primum id „occaecatum cohibet“ ..., deinde ... diffundit et elicit herbescentem ex eo viriditatem, quae nixa fibris stirpium „‚sensim adulescit‘“ culmoque erecta «geniculato» vaginis iam quasi pubescens includitur; ex quibus cum

emersit, ««fundit frugem spici»» ordine structam...

Epict. IV 9_2 (381_4): *εἰ μὲν γὰρ μηδὲν ἔχεις ἀντ' αὐτοῦ, ἄθλιος εἶ· εἰ δ' ἔχεις ‚τὸ μὴ χρείαν ἔχειν' πλούτου, γίγνωσκε, ὅτι πλεῖον ἔχεις καὶ ‚πολλῷ πλείονος ἄξιον'. ἄλλος γυναῖκα εὔμορφον, σὺ τὸ μὴ ἐπιθυμεῖν εὐμόρφου γυναικός. „μικρά" σοι δοκεῖ „ταῦτα"; „‚καὶ πόσου ἂν τιμήσαιντο'" οὗτοι αὐτοὶ οἱ πλουτοῦντες καὶ ἄρχοντες καὶ μετ' εὐμόρφων διαιτώμενοι δύνασθαι πλούτου καταφρονεῖν καὶ ἀρχῶν καὶ αὐτῶν τούτων τῶν γυναικῶν, ὧν ἐρῶσιν καὶ ὧν τυγχάνουσιν;*

§ 44 (147_4); § 47 (148_{16}) Cupidis enim rerum talium odiosum fortasse et molestum est carere, satiatis vero et expletis iucundius est carere quam frui. Quamquam non caret is, qui non desiderat; ergo ‚hoc non desiderare dico esse iucundius'. Quodsi istis ipsis voluptatibus bona aetas fruitur libentius, primum „parvulis fruitur rebus" ... § 49 (148_{28}) „‚At illa quanti sunt'", animum . . . secum esse secumque, ut dicitur, vivere.

At Iuncum philosophum praetermittimus, quia similitudines et parvae paucaeque sunt et iam ab aliis viris prolatae sunt[1]).

Restat, ut affinitatem, quae haud dubie inter Ciceronis librum et Plutarchi an seni g. s. rp. interest, exponamus. Utrum auctor Chaeronensis Tullium an eius exemplar Graecum exscripserit, gravis est quaestio. Quam Schroeterus, cum p. 51 sq. solvere studeret, non pauca testimonia neglexit. Itaque primum locos, qui apud hunc virum doctum desunt, appono, ut unusquisque ipse de hac re iudicare possit:

1) Plut. p. 785A (26_8 Bernard.): *Σοφοκλῆς δὲ λέγεται μὲν ‚ὑπὸ παίδων' „παρανοίας δίκην φεύγων" „‚ἀναγνῶναι τὴν ἐν Οἰδίποδι τῷ ἐπὶ Κολωνῷ'" πάροδον, ἧ ἐστιν ἀρχή*

'εὐίππου, ξένε, τᾶσδε χώρας

(praeter hunc 5 versus sequuntur).

1) Cat. 22 (139_{13}): Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit; quod propter studium cum rem neglegere familiarem videretur, ‚a filiis' „in iudicium vocatus est", ut ... illum „quasi desipientem" a re familiari removerent iudices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat et proxime scripserat, „‚Oedipum Coloneum, recitasse iudicibus'" ...

2) p. 788E (35_{21}) *ὁ γὰρ Σοφοκλῆς ‚ἄσμενος' ἔφη τὰ ἀφροδίσια „γεγηρακὼς" ‚ἀποπεφευγέναι καθάπερ*

2) § 47 (148_{12}) Bene Sophocles, cum ex eo quidam „iam adfecto aetate" quaereret, utereturne rebus

[1]) De ratione, quae Iuncum inter et Ciceronem intercedit, Iosephus Faltin 'Junkus-Fragmente bei Stobäus' (diss. Frib. 1910) et Fridericus Wilhelm l. l. quaestiones habuerunt effeceruntque Tullium a Iunco adhibitum esse probari non posse.

ἄγριον καὶ λυσσῶντα δεσπότην‘· ἐν δὲ ταῖς πολιτείαις οὐχ ἕνα δεῖ δεσπότην, «ἔρωτα παίδων ἢ γυναικῶν», ἀποφεύγειν, ἀλλὰ πολλοὺς «μανικωτέρους τούτου», ««φιλονεικίαν»», φιλοδοξίαν, ‚«τὴν τοῦ πρῶτον εἶναι καὶ μέγιστον ἐπιθυμίαν»‘, γονιμώτατον φθόνου νόσημα καὶ ζηλοτυπίας καὶ „«διχοστασίας»“ (cf. Fr. Wilhelm p. 12).

3) p. 789 D (38_{5}) τοὺς δὲ τοῦ Βουλαίου καὶ Ἀγοραίου καὶ Πολιέως Διὸς ὑπηρέτας ‚οὐ ποδῶν ἔργα‘ καὶ „χειρῶν“ ἀπαιτοῦμεν, ἀλλὰ „‚βουλῆς καὶ προνοίας καὶ λόγου‘“, μὴ ῥαχίαν ποιοῦντος ἐν δήμῳ... οἷς ἡ γελωμένη «πολιὰ καὶ ῥυτὶς ἐμπειρίας μάρτυς» ἐπιφαίνεται, καὶ πειθοῦς συνεργὸν αὐτῷ καὶ δόξαν ἤθους προστίθησι. πειθαρχικὸν γὰρ ἡ νεότης ἡγεμονικὸν δὲ τὸ γῆρας, καὶ μάλιστα σῴζεται πόλις ‘ἔνθα βουλαὶ γερόντων, καὶ νέων ἀνδρῶν ἀριστεύοισιν αἰχμαί’· καὶ τό ‘βουλὴν δὲ πρῶτον μεγαθύμων ἷζε γερόντων Νεστορέῃ παρὰ νηί’ θαυμαστῶς ἐπαινεῖται.

4) p. 789 E (38_{24}) καὶ καθάπερ ὁ νόμος τὸ ‚διάδημα‘ καὶ τὸν στέφανον, οὕτω τὴν πολιὰν ἡ φύσις ἔντιμον ἡγεμονικοῦ σύμβολον „ἀξιώματος“ ἐπιτίθησι.

5) p. 789 F (39_{7}) ‚τὸν γοῦν βασιλέα τῶν βασιλέων εὐχόμενον‘ τοῖς θεοῖς „‘τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν“ Ἀχαιῶν’, „οἷος ἦν ὁ Νέστωρ“, οὐδεὶς ἐμέμψατο τῶν ‘ἀρηίων’ καί ‘μένεα πνεόντων Ἀχαιῶν’, ἀλλὰ συνεχώρουν ἅπαντες οὐκ ἐν πολιτείᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμῳ μεγάλην ἔχειν ῥοπὴν τὸ γῆρας· ‘σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ’.

veneriis: ‘Di meliora!’ inquit; ‚‘libenter vero istinc sicut ab domino agresti ac furioso profugi’‘.

§ 49 (148_{28}) At illa quanti sunt, animum tamquam emeritis stipendiis «libidinis», ‚«ambitionis»‘, ««contentionis»», „«inimicitiarum»“, cupiditatum omnium secum esse secumque, ut dicitur, vivere.

3) § 19 (138_{16}) ‚nec‘ enim ‚excursione nec saltu‘ nec „eminus hastis“ aut „comminus gladiis“ utetur, sed „‚consilio, ratione, sententia‘“.

§ 62 (153_{33}) «Non cani nec rugae repente auctoritatem» arripere possunt.

§ 20 (138_{22}) Quodsi legere aut audire voletis externa, maximas res publicas ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis. (item sequuntur duo poetarum loci.) Temeritas est videlicet florentis aetatis, prudentia senescentis.

4) § 60 (153_{15}) ‚apex‘ est autem senectutis „auctoritas“.

5) § 31 (142_{13}) Et tamen ‚dux ille Graeciae‘ nusquam ‚optat‘, ut Aiacis „similes habeat decem, sed ut Nestoris“; quod si sibi acciderit, non dubitat, quin brevi sit Troia peritura.

6) p. 793 B (47$_{20}$) *οὐδὲ γὰρ τὰ σώματα παντελῶς ἀκίνητα καὶ ἀγύμναστα περιορῶμεν, ὅτε μὴ δυνάμεθα σκαφείοις μηδ' ἁλτῆρσι χρῆσθαι μηδὲ δισκεύειν μηδ' ὁπλομαχεῖν ὡς καὶ πρότερον, ἀλλ' αἰώραις καὶ περιπάτοις. ἔνιοι δὲ καὶ σφαίρᾳ προσπαλαίοντες ἐλαφρῶς καὶ διαλεγόμενοι κινοῦσι τὸ πνεῦμα καὶ τὸ θερμὸν ἀναρριπίζουσιν.*

6) § 58 (152$_{11}$) Sibi habeant igitur arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clavam et pilam, sibi natationes (Simbeck: venationes) atque cursus, nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras, id ipsum utrum lubebit, quoniam sine iis beata esse senectus potest. § 36 (143$_{36}$) utendum exercitationibus modicis.

7) p. 794 F (51$_{20}$) *ὁ δὲ Σόλων, τῆς Πεισιστράτου δημαγωγίας, ὅτι τυραννίδος ἦν μηχάνημα, φανερᾶς γενομένης, μηδενὸς ἀμύνεσθαι μηδὲ κωλύειν τολμῶντος, αὐτὸς ἐξενεγκάμενος τὰ ὅπλα καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος ἠξίου βοηθεῖν τοὺς πολίτας· πέμψαντος δὲ τοῦ Πεισιστράτου πρὸς αὐτὸν καὶ ‚πυνθανομένου τίνι πεποιθὼς‘ ταῦτα πράττει, „‘τῷ γήρᾳ’“ εἶπεν.*

7) § 72 (156$_{37}$) Hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est, cum illi ‚quaerenti, qua tandem re fretus‘ sibi tam audaciter obsisteret, respondisse dicitur: „‘Senectute’“.

8) p. 795 F (54$_{10}$) *ἐπεὶ πρὸς τί βλέψας ‚ὁ Λύσανδρος εἶπεν‘, ὡς „ἐν Λακεδαίμονι κάλλιστα γηρῶσιν“; ἆρ' ὅτι γ' ἀργεῖν ἔξεστι μάλιστα τοῖς πρεσβυτέροις ἐκεῖ καὶ δανείζειν ἢ κυβεύειν συγκαθεζομένους ἢ πίνειν ἐν ὥρᾳ συνάγοντας; οὐκ ἂν εἴποις.*

8) § 63 (154$_{2}$) ‚Lysandrum‘ Lacedaemonium, cuius modo feci mentionem, ‚dicere‘ aiunt solitum „Lacedaemonem esse honestissimum domicilium senectutis“.

§ 58 (152$_{13}$) ... nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant et tesseras ..., quoniam sine iis beata esse senectus potest.

Hi loci, qui omnes fere iam Petro v. d. Ton noti erant, soli satis ostendunt, quantus sit consensus. Praeterea verba parvae similitudinis etiam saepius conferri possunt. Quid autem mirum, quod Schroetero (p. 52) similitudo non ita magna videtur esse, cum tot locos spernat et ipso quoque eo loco, quem attuli tertium, levia 'Catonis' verba perscribat, plane autem congruentia, quamvis paragraphi numerum nominet, vidisse non videatur. At recte vidit Plutarchum Tullii libro usum non esse. Nam primum philosophus Chaeronensis plerisque locis plus quam Cicero praebet; vide locos 4) et imprimis 7), ubi Plutarchi demum narratio Solonis condicioni lumen affert. Saepe quoque verba Plutarchea, si cum similibus Ciceronis ea comparamus, nos quasi invitant, ut opinemur Tullium eadem fere, quae apud Plutarchum leguntur, iam in exem-

plari suo invenisse. Velut quispiam putet Ciceronem § 20 (vide verba s. n. 3) allata) pro illis duobus poetarum Graecorum locis, quos praebet Plutarchus, item duos Latinorum poetarum posuisse, quae quidem vertendi ratio ei, qui imitator, non interpres esse vult, utique convenit; cf. p. 14. Ex eadem causa forsitan haec Plutarchi verba in exemplo Ciceronis fuerint: p. 785 B (26_{23}) (brevi ante narratiuncula Sophoclis (Cat. 22) legitur, quae certe Ciceronis exemplari tribuenda est) *Φιλήμονα δὲ τὸν κωμικὸν καὶ Ἄλεξιν ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀγωνιζομένους καὶ στεφανουμένους ὁ θάνατος κατέλαβε. Πῶλον*[1]) *δὲ τὸν τραγῳδὸν Ἐρατοσθένης καὶ Φιλόχορος ἱστοροῦσιν ἑβδομήκοντ᾽ ἔτη γεγενημένον ὀκτὼ τραγῳδίας ἐν τέτταρσιν ἡμέραις διαγωνίσασθαι μικρὸν ἔμπροσθεν τῆς τελευτῆς*, nam apud Ciceronem legimus § 49 (148_{33}) 'Mori videbamus in studio dimetiendi paene caeli atque terrae C. Galum, familiarem patris tui, Scipio; quotiens illum lux noctu aliquid describere ingressum, quotiens nox oppressit, cum mane coepisset e. q. s.' Praeterea equidem opiner, quamquam periculum errandi his in rebus permagnum est, etiam enuntiatum p. 789 F (39_{1}) *καὶ τό 'γέρας' οἶμαι καὶ τό 'γεραίρειν' ὄνομα σεμνὸν ἀπὸ τῶν γερόντων γενόμενον διαμένει κ. τ. ἑ.* iam apud Ciceronis auctorem non defuisse, quia hoc totum decimum caput (789 C—790 A) continuam similitudinem cum Tullii verbis habet et quia Cicero ipse talibus originationibus[2]) in 'Catone' studet: § 19 (138_{19}), § 45 (147_{25}), § 51 (149_{31}). — Deinde interdum imago apud Plutarchum accuratius exposita est; vide *ὀψικάρπου* (789 F p. 39_{5}) et 'fructus ... extremos' (§ 62 p. 153_{34}), quos locos Schroeterus p. 52 in conspectu collocat. Tum librum componere et praecipue tot versus sermoni inserere ei facilius erat, si ex Ciceronis auctore quam si ex Cicerone ipso exscribebat. Aliam causam Schroeterus affert (p. 53), cum 'Catonem' a Plutarcho nunquam inspectum esse coniciat. Quae cum ita sint, ad eam sententiam accedere non possum, qua omnia ex Tullio fluxisse existimat C. O. Zuretti 'riv. d. filol.' 19 (1891) $_{362}$. Sed Tullium ordine sententiarum multo magis servato et diligentius quam Plutarchum communi auctore usum esse credo. Quod autem hunc esse scriptorem Peripateticum Schroeterus p. 62 probavisse sibi videtur, valde errat. Nam loci similes, quos ex Plutarchi libro praecept. gerend. reipbl. demonstrandi causa profert, et levissimi sunt (saepe similitudinem omnino cognoscere non potui) neque ad verba cum 'Catone' congruentia libelli an seni g. s. r. pertinent. Plutarchum vero multos scriptores permiscere

---

[1]) Poli nomen, si ex Ciceronis verbis coniecturam de auctore eius facere licet, etiam in exemplari Tullii brevi ante fortasse pro 'Turpione Ambivio' (§ 48 p. 148_{23}) fuit; vide p. 26.

[2]) Hae sunt Stoicorum propriae, cf. de off. I 23 (p. 9_{26}) '... Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta'.

esse solitum[1]) cum constat, tum exempla Appii Claudii, Catonis, Masinissae, Laertae, alia, quae aliter in 'Catone', aliter in libello an seni g. s. r. Plutarcheo narrantur, ostendunt. Quin etiam sententiam Schroeteri falsam esse necesse est. Nam Stoicum fuisse auctorem communem apparet hac ex simplici argumentatione: Supra p. 24 demonstravimus exempla Graeca complura apud philosophum Chaeronensem et oratorem Arpinatem concinere. Haec autem vix in Aristonis 'Tithono' inveniri poterant, sed mea quidem sententia tantum apud eum Stoicum, quem quaerimus[2]).

Nunc etiam Ps.-Luciani macrobios accuratius tractare supersedere possum, quia vix ullam affinitatem cum 'Catone' habent, cf. ea, quae utrobique de Arganthonio ([Luc.] c. 10 et Cic. § 69 p. 155_{34}) referuntur. Cum vero hoc libro omnes illustres viri, qui ad summam senectutem pervenerunt, ex historiis et fortasse libris quoque, qui de senectute erant, collecti sint, quid mirum, quod inter tot nomina etiam omnia fere, quae in Ciceronis libro afferuntur, leguntur.

Itaque ad Tullii libellum redeamus eumque perscrutemur, num quo placito vel qua ratione argumentandi atque loquendi auctor Graecus prodatur. Et assequi possumus hoc modo aliquid certi. Quis quidem auctor fuerit, nescio, sed id unum mihi persuasi **Posidonii** scriptum quoddam saepe in 'Catone' conscribendo esse adhibitum. Eius enim nomen elucet ex hoc Senecae loco:

Sen. ep. 90_{21} (374_{18}): transit (scil. Posidonius) deinde ad agricolas nec minus facunde describit ‚proscissum aratro solum et iteratum', quo solutior terra facilius pateat radicibus, tunc „sparsa semina" et collectas manu herbas, ne quid fortuitum et agreste succrescat, quod necet segetem. „‚hoc'" quoque „‚opus'" ait „‚esse sapientium'", tamquam non nunc quoque plurima cultores agrorum nova inveniant, «per quae fertilitas augeatur».	Cat. 51 (149_{29}): Quae (scil. terra) cum ‚gremio mollito ac subacto' „sparsum semen" excepit e. q. s.. § 51 (149_{24}) (voluptates agricolarum) mihi „‚ad sapientis vitam proxime'" videntur „‚accedere'". § 53 (150_{28}) Quid ego irrigationes, quid fossiones agri repastinationesque proferam, «quibus fit multo terra fecundior»?

[1]) Quam ob rem consentaneum est mihi de communi auctore Plutarchi et Ciceronis loquenti in animo esse tantummodo ea verba Plutarchea, quae cum 'Catone' similitudinem quandam habent.

[2]) Utrum etiam inde verba, q. s. 793 D (48_8) *ὥσπερ οἱ Στωικοὶ τὸν Δία λέγουσιν* et quae antecedunt et sequuntur, sumpta sint necne, equidem disceptare non audeo.

Deinde afferre possum Sen. ep. 41_5, quae verba Posidoniana esse iam Petrus Corssen 'de Posidonio Rhodio...' (diss. Bonn. 1878) omnibus viris doctis persuasit.

Sen. ep. 41_5 (116_{25}): sic ‚animus' magnus ac ‚sacer' et „in hoc demissus, ut" propius divina „„nossemus"", conversatur quidem nobiscum, sed haeret origini suae.

Cat. 77 (158_{24}): est enim ‚animus caelestis' ex altissimo domicilio „depressus et quasi demersus" in terram ...., „ut" essent, qui terras „„tuerentur"", quique caelestium ordinem „„contemplantes"" imitarentur...

Multo autem plura, si 'Catonem' cum scriptis, quae ex Posidonio maximam partem versa esse omnes fere viri docti consentiunt, comparare pergimus, Posidoniana cognoscere possumus. Itaque scrutatus sum Ciceronis Tusc. disp. I et V 1—75, somnium Scipionis, libros de *div. I et de nat. deor. II, Senecae naturales quaestiones, quas per Asclepiodotum e Posidonio repetitas esse primus Dielsius ('dox. Gr.' p. 19 et 225) vidit, et haec inveni:

Tusc. disp. I: Multa similia verba Schroeterus p. 42 sq. affert. Huius viri docti loci omnes praeter quinque, quos p. 17 nominavi, hoc in numero sunt habendi. Haec autem addas velim Schroeteri exemplis: T. 14 (284_{16}) ∾ C. 85 (161_{32}); T. 14 (284_{19} sq.) ∾ C. 74 (157_{26} sq.); T. 15 (284_{26}) ∾ C. 83 (161_6); T. 24 (288_{18}) et 27 (289_{24}) et 51 ($298_{19, 20}$) et 117 (325_{20}) et 118 (325_{34}) ∾ C. 84 (161_{13} sq.); T. 39 (293_{31-35}) ∾ C. 85 (161_{30} sq.); T. 50 (298_8 sq.) et 80 (309_{23}) ∾ C. 83 (160_{34} sq.); T. 52 (298_{34}) et 58 (301_6) ∾ C. 77 (158_{22}); T. 69 (305_{15}) ∾ C. 77 (158_{29}); T. 71 (306_5 sq.) ∾ C. 72 (157_7); T. 87 et 88 (notio carendi) ∾ C. 47; T. 91 (314_9 sq.) ∾ C. 74 (157_{26}) et 66 (155_6); T. 94 (315_{22} sq., $_{30}$ sq.) ∾ C. 69 (155_{34}); T. 100 (317_{36}) ∾ C. 71 (156_{20}); T. 109 ($322_{3, 9}$) ∾ C. 84 (161_{11} sq.); alia.

Tusc. disp. V 1—75:

§ 15 (430_{31}) ‚Quis enim potest' „mortem" aut dolorem „metuens", quorum alterum saepe adest, alterum „semper inpendet", ‚esse non miser'?

Cat. 74 (157_{26}): „Mortem igitur omnibus horis inpendentem timens" ‚qui poterit animo consistere'?

§ 37 (438_{15}) . . quod ita ortum esset e terra, ut ‚stirpibus suis niteretur', in suo quidque genere perfectum esse voluit. Itaque et arbores et vites et ea, quae sunt humiliora neque se tollere a terra altius possunt, alia semper „virent",

§ 51 (149_{29}) Quae (scil. terra) cum gremio mollito ac subacto sparsum semen excepit, . . . „„tepefactum vapore"" et compressu suo diffundit et elicit herbescentem ex eo „viriditatem", quae ‚nixa fibris stirpium' sensim adulescit culmoque erecta

alia hieme nudata „„verno tempore tepefacta“‘ „frondescunt“, neque est ullum, quod non ita vigeat interiore quodam motu et suis «in quoque» seminibus «inclusis», ut aut flores aut ««fruges fundat»» aut bacas.

§ 38 (439$_1$) . . humanus autem ‚animus decerptus ex mente divina‘ . . .

§ 70 (449$_{33}$) . . ut ipsa se mens agnoscat coniunctamque cum ‚divina mente‘ se sentiat . . . Ipsa enim cogitatio de vi et natura deorum studium incendit „illius aeternitatem imitandi“ neque se in brevitate vitae conlocatam putat, cum rerum causas alias ex aliis aptas et „„necessitate“‘ nexas videt, quibus ab aeterno tempore fluentibus in aeternum ratio tamen mensque moderatur.

Somnium Scipionis:

§ 9 (370$_{30}$) . . ex hac vita migro . . § 25 (376$_{29}$) . . hanc sedem et aeternam domum contueri . . § 29 (378$_6$) . . animus velocius in hanc sedem et domum suam pervolabit.

§ 10 (371$_3$) . . sermonem in multam noctem produximus . . .

§ 13 (372$_{15}$) . . concilia coetusque hominum . .

§ 15 (372$_{34}$) Homines enim sunt ‚hac lege generati‘, „qui tuerentur“ illum globum, quem in hoc templo medium vides, quae „terra“ dicitur, iisque „„animus“‘ datus est „„ex illis sempiternis ignibus“‘, quae „„sidera et stellas“‘ vocatis, quae globosae et rotundae, «divinis animatae mentibus», circulos suos orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare et tibi, Publi, et piis omnibus retinendus animus est in custodia

geniculato vaginis iam quasi pubescens «includitur»; ex quibus cum emersit, ««fundit frugem»» spici ordine structam.

§ 78 (158$_{34}$) . . numquam dubitasse, quin ‚ex‘ universa ‚mente divina delibatos animos‘ haberemus.

§ 77 (158$_{23}$) . . munere quodam „„necessitatis“‘ et gravi opere perfungimur . (158$_{28}$) . . . ut essent, qui terras tuerentur, quique „caelestium ordinem“ contemplantes „imitarentur“ eum vitae modo atque constantia.

Cat. 84 (161$_{13}$): . . ex vita ita discedo tamquam ex hospitio, non tamquam e domo. Commorandi enim natura devorsorium nobis, non habitandi dedit.

§ 46 (148$_8$) . . (convivium) ad multam noctem, quam maxime possumus, vario sermone producimus.

§ 84 (161$_{16}$) . . animorum concilium coetumque . . . § 77 (158$_{24}$) est enim „„animus caelestis ex altissimo domicilio“‘ depressus et quasi demersus in terram . . . (158$_{28}$) ‚ut essent‘, „qui terras tuerentur“, quique caelestium ordinem contemplantes imitarentur eum vitae modo atque constantia. § 78 (158$_{34}$) . . numquam dubitasse, quin ex universa «mente divina delibatos animos» haberemus. § 72 (157$_9$) Ita fit, ut illud breve vitae reliquum

corporis nec ««iniussu eius, a quo ille est vobis datus»», ‘«ex hominum vita migrandum est»‘, ne munus humanum adsignatum a deo defugisse videamini. § 29 (378_{7}) . . (animus) cum erit inclusus in corpore...	nec avide adpetendum senibus nec sine causa deserendum sit; vetatque Pythagoras ««iniussu imperatoris»», id est ««dei»», ‘«de praesidio et statione vitae decedere»‘. § 77 (158_{22}) . . sumus inclusi in his compagibus corporis...
de *div. I:	
§ 47 (163_{13}) ..ad mortem proficiscens Callanus Indus, cum inscenderet in rogum ardentem, ‚‘O praeclarum discessum’‘, inquit, „‘e vita“, cum, ut Herculi contigit, mortali corpore cremato „‚in lucem animus‘“ «excesserit»!’	Cat. 84 (161_{15}): ‚O praeclarum diem‘ ‚cum „‚in illud divinum animorum concilium‘“ coetumque «proficiscar» cumque „ex hac turba“ et conluvione «discedam»!
Plat. de rep. apud Cic. de div. I 61 (169_{2}):.. parte animi, quae ‚voluptate‘ alitur, nec inopia enecta nec satietate affluenti (quorum utrumque ‚praestringere aciem mentis‘ solet . .) ..	§ 42 (146_{10}) Impedit enim consilium ‚voluptas‘, rationi inimica est, ‚mentis‘, ut ita dicam, ‚praestringit oculos‘. . .
§ 62 (169_{17}) Hunc (scil. Epicurum) ergo antepones Platoni et Socrati? qui ut rationem non redderent, ‚auctoritate‘ tamen hos „minutos philosophos“ vincerent.	§ 77 (158_{30}) Nec me solum ratio ac disputatio impulit, ut ita crederem, sed nobilitas etiam summorum philosophorum et ‚auctoritas‘. § 85 (161_{33}) . . ut quidam „minuti philosophi“ censent . .
§ 63 tota (169_{25} sq. ∞ Xenoph. inst. Cyri VIII 7_{21} sq.): ∞	∞ § 80 (159_{28}) sq.:
§ 63 (169_{29}) Quod multo magis faciet post mortem, cum omnino corpore excesserit.	§ 81 (160_{7}) Ex quo intellegitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint.
§ 110 (186_{10}) .. naturam ‚deorum‘, a qua, ut doctissimis sapientissimisque placuit, ‚haustos animos et libatos habemus‘; cumque „omnia“ completa et referta sint aeterno sensu et ‚mente divina‘, necesse est cognatione ‚divinorum‘ animorum animos humanos commoveri. Sed vigilantes animi vitae „‚necessitatibus serviunt‘“.	§ 78 (158_{34}) . . numquam dubitasse, quin ex „universa“ ‚mente divina delibatos animos haberemus‘. § 77 (158_{22}) Nam, dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam „‚necessitatis‘“ et gravi „‚opere perfungimur‘“.

diiunguntque se a societate divina vinclis corporis inpediti.

§ 116 (188_{19}) .. ‚nec fruges terrae bacasve arborum‘ (scil. natura divina) cum „utilitate“ ulla „generi humano“ dedisset, nisi earum cultus et conditiones tradidisset...

§ 5 (133_{22}) .. in ‚arborum bacis terraeque fructibus‘ .. § 56 (151_{30}) .. quod „hominum generi“ universo cultura agrorum est „salutaris“...

de nat. deor. II:

§ 37 (59_{30}) Ipse autem homo ortus est ad ‚mundum‘ „contemplandum et imitandum“ ..... „‚nihil‘“ autem est „‚mente‘“ et ratione „‚melius‘“; ergo haec mundo «desse non» possunt. cf. § 98 (81_{11}).

Cat. 77 (158_{28}): .. «ut essent», qui ‚terras‘ tuerentur, quique ‚caelestium‘ ««ordinem»» „contemplantes imitarentur“ eum .. § 40 (145_{24}) .. cumque homini sive natura sive quis deus „‚nihil mente praestabilius‘“ dedisset...

§ 43 (61_{21}) Sensum autem ‚astrorum‘ atque intellegentiam maxume declarat ««ordo»» eorum atque «constantia» e. q. s..

§ 77 (158_{28}) .. quique ‚caelestium‘ ««ordinem»» contemplantes imitarentur eum vitae «modo atque constantia».

§ 90 (78_{15}) .. cum vidissent motus eius (mundi) finitos et aequabiles omniaque ratis ordinibus «moderata» inmutabilique «constantia», intellegere (debuerunt) inesse aliquem non solum habitatorem in hac caelesti ac divina domo, sed etiam rectorem et moderatorem et tamquam a r c h i t e c t u m tanti operis tantique muneris.

§ 72 (157_{5}) Ut navem, ut aedificium idem destruit facillime, q u i c o n s t r u x i t, sic hominem eadem optime, quae conglutinavit, natura dissolvit.

§ 54 (65_{27}) .. mente, ratione, consilio. § 79 (74_{19}) .. consilium, ratio, prudentia .. § 132 (94_{29}) .. ratione .. mente consilioque .. § 147 (99_{28}) .. mentem ..., rationem, consilium, prudentiam ..

§ 19 (138_{18}) .. consilio, ratione, sententia .. § 41 (145_{32}) .. mente .. ratione .. cogitatione .. § 67 (155_{20}) mens .. et ratio et consilium...

§ 55 (66_{2}) Earum (stellarum) autem perennes cursus ... declarant in his vim et mentem esse divinam ... cf. § 80 (74_{30}).

§ 78 (158_{35}) .. ex universa mente divina delibatos animos haberemus.

§ 81 (75$_{4}$) seminis enim vim esse ‚tantam‘, ut id, quamquam sit „perexiguum“, tamen, si inciderit in „‚concipientem conprendentemque“‘ naturam nanctumque sit materiam, qua ali augerique possit, ita fingat . . e. q. s. .

§ 98 (81$_{13}$) Ac principio terra universa cernatur. . «vestita» ‚floribus‘, herbis, arboribus, frugibus, quorum omnium incredibilis multitudo ‚insatiabili varietate‘ distinguitur.

§ 99 (81$_{25}$) et 161 (104$_{27}$) .. pecudum pastus . .

§ 101 (82$_{10}$) Restat ultimus et a ‚domiciliis nostris altissimus‘ omnia cingens et coërcens caeli complexus ..

§ 120 (89$_{32}$) Principio eorum, „quae gignuntur e terra“, „‚stirpes“‘ et „‚stabilitatem“‘ dant iis, quae sustinent, et «e terra sucum» trahunt, quo ««alantur ea»», quae radicibus continentur, ‘«obducunturque libro»‘ aut cortice trunci, quo sint a frigoribus et «caloribus tutiores». Iam vero vites sic «‘claviculis‘» «“adminicula“» «‘tamquam manibus adprehendunt‘» atque ita «“‘se erigunt“‘», ut animantes.

§ 123 (90$_{29}$) manus etiam data elephanto est, quia propter magnitudinem corporis. . . cf. § 151 (101$_{13}$) et 161 (104$_{20}$).

§ 127 (92$_{22}$) . . defendant cornibus tauri . . cf. § 159 (103$_{30}$).

§ 148 (100$_{7}$) . . (artes) ‚partim ad usum‘ vitae, ‚partim ad oblectationem‘ necessarias.

§ 52 (150$_{5}$) (terra) quae ex fici „tantulo“ grano aut ex acini vinaceo aut ex ceterarum frugum aut stirpium „minutissimis“ seminibus ‚tantos‘ truncos ramosque procreet. § 51 (149$_{29}$) .. ipsius terrae vis ac natura delectat. Quae cum „‚gremio“‘ mollito ac subacto sparsum semen „‚excepit“‘, primum id occaecatum „‚cohibet“‘ e. q. s. .

§ 53 (150$_{20}$) (uva) .. «vestitaque pampinis» . . § 54 (151$_{2}$) . . ‚florum omnium varietate‘.

§ 54 (151$_{1}$) .. pecudum pastu ..

§ 77 (158$_{24}$) est enim animus caelestis ‚ex altissimo domicilio‘ depressus . . — § 51 (149$_{34}$) . . „‚nixa fibris stirpium“‘ sensim ««adulescit»» .. § 52 (150$_{4}$) Omitto enim vim ipsam omnium, „quae generantur e terra“. § 53 (150$_{19}$) .. (uva) quae et «suco terrae» et calore solis ««augescens»» primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit ‘«vestitaque pampinis»‘ nec modico tepore caret et nimios solis «defendit ardores». § 52 (150$_{10}$) Vitis quidem, quae natura caduca est et, nisi «“fulta“» est, fertur ad terram, eadem, ut «“‘se erigat“‘», «‘claviculis‘» suis «‘quasi manibus‘», quicquid est nacta, «‘complectitur‘».

§ 27 (141$_{1}$) . . non plus quam adulescens tauri aut elephanti (vires) desiderabam.

§ 53 (150$_{23}$) Cuius quidem ‚non utilitas me solum‘, ut ante dixi, ‚sed etiam‘ cultura et natura ipsa ‚delectat‘ .. cf. § 56 (151$_{30}$).

§ 151 (101_{4}) Iam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam ‚varietas' invenitur ‚et copia'. Nam et agri multa efferunt manu quaesita, quae vel statim consumantur vel mandentur condita vetustati, et praeterea vescimur bestiis et terrenis et aquatilibus et volantibus partim capiendo, partim alendo.

§ 152 (101_{30}) .. nos fruges serimus, nos arbores, nos ‚aquarum inductionibus terris fecunditatem' damus ..

§ 156 (102_{34}) Terra vero feta frugibus et vario leguminum genere, quae cum maxuma largitate fundit, ea ferarumne an hominum causa gignere videtur? ‚Quid de vitibus olivetisque dicam'? quarum uberrumi laetissumique fructus nihil omnino ad bestias pertinent. Neque enim „serendi" neque colendi nec tempestive demetendi „percipiendique fructus" neque „condendi" ac reponendi ulla pecudum scientia est.

Sen. nat. quaest.:

IVa 2_{9} (148_{12} Gerck.) nec computatio fallit agricolam.

II 6_{6} (48_{8}) quid autem aliud producit fruges et segetem imbecillam ac ‚virentes' „erigit" arbores ac „‚distendit in ramos'" quam spiritus intentio et unitas?

V 18_{3} (188_{25}) quid, quod fruges percoqui non possent, nisi flatu supervacua et mixta servandis ventilarentur, nisi esset, quod segetem excitaret et ‹latentem› frugem ‹‹ruptis›› ‹velamentis› suis, quae ‹folliculos› agricolae vocant, ‹‹adaperiret››?

§ 56 (151_{31}) .. ‚saturitate copiaque' rerum omnium, quae ad victum hominum .. pertinent ... (151_{37}) .. abundat porco, haedo, agno, gallina, lacte, caseo, melle . (152_{2}) Conditiora facit haec supervacaneis etiam operis aucupium atque venatio.

§ 53 (150_{28}) Quid ego ‚irrigationes', quid fossiones agri repastinationesque proferam, quibus fit multo ‚terra fecundior'?

§ 57 (152_{3}) ‚Quid' de pratorum viriditate aut arborum ordinibus aut ‚vinearum olivetorumve' specie plura ‚dicam'?

§ 56 (151_{35} sq.).

§ 24 (139_{33}) .. numquam fere ulla in agro maiora opera fiunt, non „serendis", non „percipiendis", non „condendis fructibus".

Cat. § 51 (149_{25-28}). § 52 (150_{5}) (terra) quae ex fici tantulo grano ... tantos truncos „‚ramosque procreet'". § 52 (150_{14}) .. coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis et in „‚omnes partes'" nimia „‚fundatur'". § 51 (149_{33}) .. (terra) elicit herbescentem ex eo (semine) ‚viriditatem', quae nixa fibris stirpium sensim adulescit culmoque „erecta" geniculato ‹vaginis iam quasi pubescens includitur›; ex quibus cum ‹‹emersit, fundit›› frugem spici ordine structam...

II 10_3 (51_7) inferiora quoque tepent: primum terrarum halitu, qui multum secum calidi affert; deinde quia radii solis replicantur et, quousque redire potuerunt, id duplicato calore benignius fovent; deinde etiam illo spiritu, qui omnibus animalibus ‚arbustisque ac satis‘ calidus est (nihil enim viveret sine calore); e. q. s. .

I 17_4 ($39_{16, 20}$ sq.) inventa sunt specula, ut homo ipse se nosset . . ., iuvenis ut flore aetatis admoneretur illud tempus esse discendi et ‚fortia audendi‘, „‚senex‘“ ut indecora „canis“ deponeret, ut „‚de morte aliquid cogitaret‘“.

I praef. 5 (2_{17}) «o quam contempta res est homo, nisi supra humana surrexerit».

V 18_{10} (190_{28}) (Alexander) indignabitur ««esse aliquid ultimum»» sibi.

VI 32_8 (233_{21}) ego ‚recusem‘ mei finem, cum sciam me sine fine non esse? immo cum sciam „omnia esse finita“, ego ultimum suspirium timeam? quantum potes itaque, ipse te cohortare, Lucili, contra metum mortis: hic est, qui nos humiles facit; hic est, qui vitam ipsam, cui parcit, „‚inquietat ac perdit‘“; hic omnia ista dilatat, terrarum motus et fulmina. quae omnia feres constanter, si cogitaveris «nihil interesse inter exiguum tempus et longum». ««horae»» sunt, quas ««perdimus»»; puta ««dies»» esse, puta ««menses»», puta ««annos»»: perdimus illos

§ 51 (149_{32}) . . deinde tepefactum vapore et compressu suo diffundit . . § 53 (150_{19}) . . (uva) quae et suco terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit vestitaque pampinis nec modico tepore caret et nimios solis defendit ardores. § 54 (150_{36}) . . ‚segetibus‘ . . et pratis et vineis et ‚arbustis‘ . .

§ 20 (138_{30}) ‚Temeritas‘ est videlicet florentis aetatis, prudentia senescentis. § 62 (153_{33}) Non „cani“ nec rugae . . . § 66 (155_4) Quarta restat causa, quae maxime angere atque sollicitam habere „‚nostram aetatem‘“ videtur, „‚adpropinquatio mortis‘“, quae certe a senectute non potest esse longe. «O miserum senem, qui mortem contemnendam esse» in tam longa aetate «non viderit»!

§ 5 (133_{21}) Sed tamen necesse fuit ««esse aliquid extremum»». . . cf. § 69 ($156_{1, 2}$).

§ 83 (161_4) Et si quis deus mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam . . ., valde ‚recusem‘ nec vero velim quasi decurso spatio ad carceres a calce revocari. § 85 (161_{37}) Nam habet natura „ut aliarum omnium rerum, sic vivendi modum“. „‚§ 66 (155_4 sq.) et § 74 (157_{24} sq.)‘“.

§ 69 (155_{33}) «Quid est in hominis natura diu? Da enim summum tempus, . . . sed» mihi «ne diuturnum» quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extremum. Cum enim id advenit, tum illud, quod praeteriit, ««effluxit»»; tantum remanet, quod virtute et recte factis conse-

nempe perituri. quid, oro te, refert, num perveniam ad illos? ««fluit»» tempus et avidissimos sui deserit; ‘«nec quod futurum»‘ meum est ‘«nec quod fuit«‘: in puncto ««fugientis temporis»» pendeo, et magni est modicum fuisse. [Sequitur Laelii dictum, quod ut apud Senecam inveniatur, fieri non posse mihi videtur nisi ob originem Posidonianam huius totius loci.]

cutus sis; ««horae quidem cedunt et dies et menses et anni»», ‘«nec praeteritum tempus»‘ umquam revertitur, ‘«nec, quid sequatur»‘, sciri potest; quod cuique temporis ad vivendum datur, eo debet esse contentus.

VI 32_{12} (234_{14}) hoc affigamus animo, hoc nobis subinde dicamus: ‚‘moriendum est’‘ — „quando, quid tua“? mors naturae lex est.

§ 74 (157_{25}) ‚Moriendum‘ enim ‚certe est‘, et „incertum an hoc ipso die“. § 33 (143_5) Cursus est certus aetatis et una via naturae, eaque simplex...

I praef. 4 (2_{15}) ut mortem timerem, ‚cui uni nascimur‘? detrahe hoc inaestimabile „bonum“: non est „‚vita“‘ tanti, „‚ut sudem, ut aestuem“‘.

§ 71 (156_{19}) Omnia autem, quae ‚secundum naturam fiunt‘, sunt habenda in „bonis“. Quid est autem tam s. n. quam senibus emori? § 84 (161_7) Quid habet enim „‚vita“‘ commodi? quid non „‚potius laboris“‘? — § 46 (147_{37}) . . ««quidam naturalis modus»» . . . § 36 (143_{36}) . . utendum exercitationibus ««modicis»», tantum «cibi et potionis» adhibendum, ut . . .; alibi.

VI 2_3 (197_5) non «cibus» nobis non «umor», non vigilia non somnus sine ««mensura quadam»» salubria sunt.

Haec magna consensio sententiarum et verborum certe per eundem auctorem mihi videtur effecta esse. Quem easdem res in diversis libris eodem fere modo et iisdem fere verbis exposuisse quid mirum? Sed hic, inquies, Cicero ipse forsitan fuerit eumque Seneca imitatus sit, ubi ambo praebent similia. Tamen vix recte mones. Nec enim primum neglegendum est librum de div. I post ‘Catonem’ esse compositum. Quam ob rem fieri non poterat, ut e l. de div. I loci in ‘Catone’ similes peterentur. Hos autem in l. de div. a Cicerone esse repetitos neque verisimile est et nonnullis locis refutari potest. Nam verba Callani (de div. I 47[1])) Ciceronem ipsum memoriter posuisse credi non potest, nisi tota de Callano et Alexandro (de div. I 47 et 65) exposita narratio eidem

[1]) Hunc et plerosque quos afferam locos in numero eorum, quos supra in conspectu collocavi, perscriptos invenias.

ascribitur, id quod equidem non probo. Similiter res se habet: de div. I 63 (169_{25}) ∾ Cat. 80 (159_{28}), et al. . Sed quonam e fonte verba in 'Catone' similia fluxerint, cognoscere potes, si me audis, ex eadem § 63 l. de div. I, ubi auctor Xenophontem (inst. Cyri VIII 7_{21} sq.) libere imitans eandem praebet conclusionem atque Cat. 81 (160_{7}), quae apud Xenophontem quidem non invenitur; paulo post enim originem huius § 63 ipse indicat: (§ 64 p. 169_{36}) 'Divinare autem morientes illo etiam exemplo confirmat Posidonius, quod adfert ..'. Omnino l. de div. I totum ex Posidonio repetitum esse omnes viri docti consentiunt.

Deinde ex prioribus libris locos quosdam Tullium iteravisse in 'Catone' credibile non est, si huius libri verba plus quam illorum continent. Qua de causa Cat. 73 vix ex Tusc. disp. I 74 (307_{5} sq.) vel ex somn. Scip. 15 (373_{3}) emanasse potest. Pythagorae enim nomen his locis frustra quaeritur. Accedit, quod deus locis Tusc. et somn. Scip. cum magistratu comparatur, in 'Catone' autem Cynicorum et Stoicorum modo (vide p. 44) cum imperatore et homines cum militibus. Item magnopere dubito, num Cat. § 69, ut putat Schroeterus p. 56 sq., e Tusc. disp. I 94 (v. ibidem p. 43) sit orta. Quamquam prima 'Catonis' verba proxime ad Tusc. locum accedunt, quin etiam eadem fere sunt, tamen sequentia neque e Tusc. disp. neque e rerum contextu nullo negotio derivari possunt. Et quia et exemplum Arganthonii et verba, q. s. (155_{37}) 'sed mihi ... e. q. s.' (cf. etiam § 5 p. 133_{21}), iam auctoris de senectute Graeci fuisse verisimile est, etiam ea verba, ex quibus illa concluduntur (i. e. 'Quid est in hominis natura diu? Da enim summum tempus, exspectemus ..'), ibidem legi potuisse negandum non est. Certe tantus verborum consensus in locis, quos modo contuli, remanet, ut omnia, si probatum sit 'Catonis' locorum auctorem eundem fuisse quem Tusc. I et somn. Scip., statim aperta fiant. Horum autem exemplorum numerum imprimis, si verba congrua, quae ad Cat. 77 vel 51—53 pertinent, accuratius exquiris, facile augere potes.

Iam vero falsum est Ciceronis demum operae attribuere verba, quae cum antecedentibus et consequentibus artissime copulata sunt neque ab iis dirimi possunt. Ita fit, ut complurium eius librorum inter se consensus, qui ad pauca vocabula pertinet, plerumque vix Tullio ipsi sit ascribendus. Idem autem colliges, si enucleabis, quomodo ex prioribus scriptis res ab auctore Graeco, quem in manu habet, alienas libro immiscere soleat[1]). Priorem enim librum ipsum revolvit et aut ad verbum rescribit (cf. Tusc. I 66; Tusc. I 53, 54 = de rep. VI 27, 28) aut, quod saepius fit, inhaeret

---

[1]) Haec dico de rebus, quae ad philosophiam pertinent; exempla autem Romana et multas alias res Romanas certe multo facilius, cum volebat, addere poterat.

illis locis, sed verba et ordinem sententiarum mutat et interdum orationem amputat (cf. Cat. 82 = Tusc. I 32—35 ceterosque locos, quos p. 18 tractavi). Sed etiam pauca priorum librorum verba, quae quidem sententiam philosopham continent, eum 'Catoni' suo inseruisse, quamquam locis, qui toti ex Platone vel Xenophonte vel Tusc. disp. (v. p. 17) petiti sunt, adhuc animadvertere non potui, tamen, si commode inde derivari possunt, concedo[1]), ne cui de industria Ciceronis ingenio obtrectare videar. Quodsi necesse erat tam multa Tullium memoria coniungere quam, ut exemplo utar, in illis duobus § 77 (158_{22} sq.) enuntiatis conscribendis: Tusc. disp. I 52 (298_{34}), 69 (305_{15}), V 70 (449_{35}), somn. Scip. 15 (372_{34}), 29 (378_{7}), de nat. deor. II 90 (78_{14}), 101 (82_{10}), nemo eum fuisse auctorem huius loci putare potest. Hi enim loci, quamquam alius alium 'Catonis' locum explicat et illustrat, tamen vix omnia 'Catonis' verba efficiunt. Mea quidem sententia haec et pulcherrima et gravissima enuntiata solus vir vere philosophus conscribere potuit, non potuit ne disertissimus quidem orator ex prioribus scriptis membratim conserere. Philosophum autem illum fuisse Posidonium conicio, quia non solum hi loci Ciceronis librorum, sed etiam Senecae verba (ep. 41_{5}), quae iam Corssenus in argumentatione adhibuit, id suadent. Non longe aliter eveniet ea quaestio, qua diligenter loci, quos de agricultura p. 65 sq. ex prioribus Ciceronis libris exhibui, cum Cat. 51—53 comparentur. Ortus quidem herbarum locus omnibus Stoicis (de fin. IV 13 p. 206_{24}) est communis, sed proprietates, velut imago manuum vitium (Cat. 52 p. 150_{12} = de nat. deor. II 120 p. 89_{37}), et Posidonii fg., quod Seneca ep. 90_{21} affert (vide p. 64), demonstrant 'Catonis' verba e Posidonio deducta esse verisimillimum esse.

Sed multo plura Posidoniana Senecae scriptis probantur. In primo vero loco collocanda est quaestio, qua disceptetur, unde Seneca nat.

[1]) Sed in timore sum, ne saepe falsum sit iudicium. Nam, ut certum exemplum eligam, enuntiatum § 78 (158_{33}) 'Pythagoram Pythagoreosque . . . numquam dubitasse, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus' hac forma apud Ciceronem tantum in libris ex Posidonio repetitis vel multa eius placita continentibus reperitur: Tusc. V 38 (439_{1} sine nominibus Pyth. et Pythagoreorum), de *div. I 110 (186_{10} sq. sine certis nominibus 'doctissimis sapientissimisque placuit'), * II 26 (205_{27} sine ullis nominibus; Posidonius nominatur § 35 et 47), de rep. VI 15 (372_{36}—373_{1} sine nominibus), quorum locorum complures iam v. d. Ton p. 169 adn. 2 affert. Sed verba de nat. deor. I 27 (13_{28}), quae Panaetio recte tribui etiam mihi videntur et Pythagorae nomen praebent, illa peculiari forma (Posidoniana) carent et certe, si sententiarum contextum perspexisti, hic adiecta a Tullio non sunt: 'Pythagoras, qui censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur' . . . Itaque fieri facillime poterat, ut Cicero illam quoque § 78 sententiam non ipse insereret, sed in illo libro inveniret, cui plura, ut ostendimus, Posidoniana debet. Utcumque res se habet, cum eum ipsum complura inseruisse certo probari non possit, cave modum transeas.

quaest. VI 32_8 sq. (vide p. 71) petiverit, quod est optimum originis Posidonianae subsidium. Nec enim verisimile est eum in longe aliis quaestionibus occupatum subito 'Catonis' locum inseruisse, quamquam certe librum legerat, ut alia Ciceronis scripta et opera Sallustii, Ovidii, Horatii, maxime Vergilii. Sed magis magisque diffidere coepi Senecam scriptis Ciceronis philosophis saepe et multum esse usum, quia nulla Tullii sententia, quae ad philosophiam pertinet, usquam planissime affertur vel probatur vel refutatur; tantum enim loci nomine auctoris adiecto e Cicerone repetuntur, qui aliquid de Cicerone ipso vel alio homine Romano (velut ep. 49_5 (138_8), ep. 97_3 (446_{13}), ep. 108_{30-31}, ep. 118_1 (558_{13}), ep. 118_2 (558_{17}), ep. 125 ($600_{13, 19}$)) explanent aut res grammaticas (velut ep. 17_2 p. 46_{21}, ep. 58_6 p. 166_{14}, ep. 108_{32}, ep. 108_{34} p. 509_{17}, ep. 111_1 p. 522_{11}, ep. 125 p. $601_{1, 2}$) exhibeant. Largum autem philosophorum Ciceronis iocorum usum aspernatus videtur esse. Quid civibus suis eandem rem iteraret, quam summus orator disertissime explicaverat? Itaque credo hunc nat. quaest. locum iam apud auctorem Senecae lectum esse, praesertim cum per totum caput 32 Seneca ita meditetur neque illa verba speciem digressionis huic capiti additae habeant. Praeterea libri Ciceroniani imitatio etiam ideo minus est credibilis, quod Senecae locus plus praebet quam Tullii. Sed etiamsi aliter sentis, tamen origo Posidoniana mihi videtur elucere ex hoc consensu: Sen. nat. quaest. VI 32_9 (234_2) 'nihil interesse inter exiguum tempus et longum' ∼ Tusc. disp. I 90 (313_{36}) 'inter Hippocentaurum, qui numquam fuerit, et regem Agamemnonem nihil interesse'; imprimis Posidonius cum puncto (*στιγμή*[1]), *σῆμα*[2])) libenter brevitatem vitae (Sen. nat. quaest. VI 32_{10} p. 234_7 et ep. 77_{12} p. 272_{15}[3])) et terrae exiguitatem (Sen. nat. quaest. I praef. 8 p. 3_{21} et

¹) vide Plut. cons. ad Apoll. 17 p. 111 C *τό τε πολὺ δήπουθεν ἢ μικρὸν οὐδὲν διαφέρειν δοκεῖ πρὸς τὸν ἄπειρον ἀφορῶσιν αἰῶνα* (cf. Posidoniana, quae inveniuntur Sen. nat. quaest. VI 32_9 (234_2) '. . . si cogitaveris nihil interesse inter exiguum tempus et longum', Tusc. I 94 (315_{30} sq.), al.). *τὰ γὰρ χίλια καὶ τὰ μύρια κατὰ Σιμωνίδην ἔτη στιγμή τίς ἐστιν ἀόριστος, μᾶλλον δὲ μόριόν τι βραχύτατον στιγμῆς*; ibid. p. 104 B; ceterum cf. Stephanum 'Thes. l. Gr.' VII p. 768 s. v. *στιγμῆς*.

²) Vocabulum q. e. *σημειώδης* in frustulo libri Posidoniani ea vi nobis servatum est apud Stob. I 8 p. 105_{23} Wachsmuth . . . *τὸν δὲ παρόντα* (scil. *χρόνον*), *ὅς ἔκ τινος μέρους τοῦ παρεληλυθότος καὶ τοῦ μέλλοντος περὶ τὸν διορισμὸν αὐτὸν συνέστηκε· τὸν δὲ διορισμὸν σημειώδη εἶναι*; cf. Ianum Bake 'Posid. Rhod. reliquiae doctrinae' (Lugd. Bat. 1810) p. 51.

³) Hunc locum e Posidonio esse sumptum certum non est, sed cf. verba quae ei antecedunt cum Tusc. disp. I 90; aliae quoque similitudines exstant inter 'Catonem' et hanc Senecae epistulam: ep. 77_3 p. 270_{12} 'quantulumcumque haberem, tamen plus iam mihi superesset viatici quam viae, praesertim cum eam viam simus ingressi, quam peragere non est necesse' ∼ Cat. 66 (155_2) et 6 (133_{35}); ep. 77_{20} ∼ Cat. 69 sq., alia. Imaginem puncti ad vitam adhibitam invenias etiam ep. 49_3 (137_{19}), quocum loco cf. ep. 99_{31}.

11 p. 4_{11} ~ Cic. de rep. VI 16 p. 373_{23}; Sen. l. l. IVb 11_4 p. 167_{14}; Cic. Tusc. I 40 p. 294_3, de rep. VI 20 p. 375_{10} 'quasi maculis') videtur comparasse[1]); fortasse etiam suspicio quaedam oritur, si Sen. nat. quaest. VI 32_{10} p. 234_6 sq. et Cat. 69 p. 156_4 sq. comparas cum Tusc. I 76 p. 307_{36}. Certe autem Graecus ille Cat. 69 vel nat. quaest. VI 32_{10} auctor Senecae notus erat idemque nisi fallor est, quem secutus ipse ep. 36_{11} (107_2) scribit 'aestas abiit, sed alter illam annus adducet; hiemps cecidit, referent illam sui menses; solem nox obruit, sed ipsam statim dies abiget' (cf. de nat. deor. II 153 p. 102_1 'dies, mensis, annus').

Iam vero dispersi per omnes fere epistulas similes loci inveniuntur nec e natura rerum verisimile est Senecam eos ex 'Catone' Ciceronis repetivisse. Nonnullos graves affero ex iis epistulis, in quibus aliqua inesse indicia originis Posidonianae, cum librum perlegeremus, cognovimus:

ep. 67_2 (212_3) 'ago gratias senectuti, quod me lectulo adfixit' ~ Cat. 46 (147_{33}) et 38 (145_1); cf. etiam ep. 78_{21}[2]) 'est, mihi crede, virtuti etiam in lectulo locus', Posidonius ibidem § 28 (283_{12}) affertur. — ep. 92_{13} ($393_{10,\ 12}$) et 92_{34} (399_{16}) corpus nominatur animi 'velamentum', 'vagina', 'receptaculum' item atque in Cat. 77 (158_{22}) 'compages' (et Tusc. I 52 (298_{34}) 'vas . . . aut aliquod animi receptaculum'); hanc autem epistulam de sententiis Posidonianis ductam esse Franciscus Boll 'N. Jbb.' suppl. 21 $(1894)_{149}$ demonstrat; cf. etiam nat. quaest. III 15_1 (107_5) 'spiritus receptacula'. — ep. 99_4 (455_{24}) 'nostrum est, quod praeteriit, tempus nec quicquam est loco tutiore quam quod fuit' ~ Cat. 68 (155_{30} sq.); ibidem § 7 (456_{18}) 'respice celeritatem rapidissimi temporis, cogita brevitatem huius spatii, per quod citatissimi currimus . . .' ~ Cat. 69 (156_1 sq.); ibidem § 10 (457_{15}) 'propone temporis profundi vastitatem et universum complectere, deinde hoc, quod aetatem vocamus humanam, conpara immenso: videbis, quam exiguum sit, quod optamus, quod extendimus' ~ Cat. 69 (155_{33} sq.); ibidem § 21 (460_{10}) ~ Cat. 85 (161_{37}); ibidem § 29 (462_{20} sq.) ~ Cat. 85 (161_{33}); origo Posidoniana cognosci potest ex comparatione cum Tusc. I instituta: Sen. § 10 (457_{12-18}) ~ Tusc. I 93 (315_5)—94 (315_{32}). — ep. 120_{14} (570_{28}) 'nihil est nisi mens dei, ex quo pars et in hoc pectus mortale defluxit. quod numquam magis divinum est, quam ubi mortalitatem suam cogitat et scit in hoc natum hominem, ut vita defungeretur, nec domum esse hoc corpus, sed hospitium, et quidem breve hospitium, quod relinquendum est, ubi te gravem esse hospiti videas.

---

[1]) Memoratu dignum est apud Ciceronem nullo alio loco nisi iis, quos modo nominavimus, comparationem puncti videri legi, sed saepe vocem puncti.

[2]) Haec verba iam P. v. d. Ton p. 80 adnotat vix recte ratus Senecam Ciceronis verba esse imitatum.

maximum, inquam, mi Lucili, argumentum est animi ab altiore sede venientis...'[1]) ∾ Cat. 77 (158_{24} sq.) et 77 ($158_{22, 27}$) et 84 (161_{13}) et 77 (158_{24}); quis auctor Graecus huius loci sit, apparet ex Corsseni loco (cf. p. 65).

Sed haec satis. Multa etiam contulimus, cum de imaginibus Cynicis dissereremus, et quicumque accurate Senecae epistulas legit, multo saepius de 'Catonis' verbis leviter admonetur. Sed haud raro loci communes sunt, quales etiam eos inter locos, quos adhuc comparavimus, non pauci exstant, neque ex iis quicquam certi concludere audeo. Tamen vix dubium est, quin si quibus scriptoribus Seneca in epistulis conscribendis usus esset, notum esset, auctor 'Catonis' Graecus non lateret.

Plura autem indicia originis Posidonianae nescio an inveniri possint, si etiam libros, quibus parvae vel magnae scriptorum Posidonianorum partes admixtae sunt, perquiramus. Velut in reliquiis Hortensii, quem ex Aristotele et Posidonio a Cicerone sumptum esse Hartlichius 'stud. Lips.' XI_{300} statuit, legitur: fg. 81 (322_{19}) '(voluptates corporis), quae vere et graviter a Platone dictae sunt illecebrae esse atque escae malorum', quod idem est atque in Cat. 44 (147_9) 'divine enim Plato „escam malorum“ appellat voluptatem' (cf. Moorium p. 110). Atque cum Vitruv. IX praef. 1, quem locum e Posidonio esse sumptum Carolus Wagner 'de Sallustii prooemiorum fontibus' (diss. Lips. 1910) p. 20 ita confidit, ut illum in argumentatione haud cunctanter adhibeat, 'quod athletae sua corpora exercitationibus efficiunt fortiora, scriptores non solum suos sensus sed etiam omnium animos exacuendo libris ad discendum praeparant praecepta. quid enim Milo Crotoniates, quod fuit invictus, prodest hominibus e. q. s.' velim conferas Cat. 36 (144_1) 'Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis' et § 33 (142_{32}) 'Ne vos quidem T. Ponti centurionis vires habetis; num idcirco est ille praestantior? ... Olympiae per stadium ingressus esse Milo dicitur, cum humeris sustineret bovem. Utrum igitur has corporis an Pythagorae tibi malis vires ingenii dari?' Item ex personati Platonis Axiocho pauca ad 'Catonem' referri possunt. Sed mitto haec. Talia enim argumenta mihi parum videntur certa esse.

At meliore iure forsitan liceat Posidonio exemplum Arganthonii (§ 69 p. 155_{36}) tribuere. Nec enim casu mihi videtur id allatum esse et pro nomine *Ταρτησσοῦ* (Herod. I 163) tacite Gadium nomen positum esse, sed sic philosophus Rhodius, ut opinor, scripsit non ignorans, quae pristini auctores de hac urbe et terra rettulissent, et illorum temporum memor, quibus ipse per triginta dies Gadibus[2]) commorabatur teste

[1]) Translationem hospitii iam Hensius 'Tel. rel.'[2] CXVI comparat.

[2]) Gades saepe apud Posidonium memorantur: fg. 66 (p. 277 Muell. F. H. G. III), 68 (280 et 281 ter), 81 (287 ter), 95 (291—293 quinquies), 96 (294), 97 (294).

Strabone III 1_5 p. 138 *τὸ δὲ ψεῦδος ἐλέγξαι φησὶ* (scil. *ὁ Ποσειδώνιος*) *τριάκονθ' ἡμέρας διατρίψας ἐν Γαδείροις καὶ τηρήσας τὰς δύσεις.* Iam Posidonius perlibenter praeter Platonem maxime Pythagoram testem sententiae suae nominare solet; cf. Zellerum III 1^4 p. 599 et Schmekelium 'Mittl. Stoa' p. 382. Affertur autem Pythagoras in Cat. 23 (139_{26}), § 33 (143_1), § 38 (144_{31}), § 73 (157_{11}), § 78 (158_{33}) nec rarius in aliis scriptis mentis Posidonianae plenis invenitur: Tusc. I 20 (286_{32}), 39 (293_{24} sq.), 49 (297_{37}), 62 (302_{11}); V 8 (427_{26}), 9 (427_{36}), 10 (428_{18} sq.), 30 (436_6), 66 (448_{24}); de div. I 5 (146_{22}), 62 (169_{22}), 102 (182_{37}), 112 (187_4), al. . Iuxta Pythagoram § 23 collocatus est Democritus, quem Posidonius magni aestimabat, pristini Stoici vix in numero philosophorum habebant, ut Zellerus III 1^3 p. 578/9 iudicat. Itaque Democriti nomen occurrit Tusc. I 22 (287_{28} 'magnum illum quidem virum'), I 42 (295_3), I 82 (310_{15}), V 66 (448_{24} iuxta Pythagoram et Anaxagoram), de div. I 5 (146_{24} 'gravis auctor'), I 80 (176_4), I 87 (178_{10} una cum Pythagora et Socrate), I 131 (194_1).

Omnino, quantum video, postquam Ciceroniana seiunximus, nulla in 'Catone' exstat sententia, quae placitis Posidonii repugnet. Maxime philosopho Apamensi multa illa exempla summa doctrina collecta congruunt, si is est auctor 'Catonis' Graecus; cf. Bakium l. l. p. 207 sq. . Tauri quidem et elephanti comparationem (Cat. 27) Posidonius libenter videtur adhibuisse. Quem exemplo tauri de nat. deor. II 127 et 159, elephanti ibidem § 123 et 161 usum esse prius vidimus (p. 69), sed apud Senecam ep. 90_4 (368_{14}) eodem modo quo in 'Catone' exempla coniuncta inveniuntur: 'non praecedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine ac toris ceteros mares vicit. elephantorum gregem excelsissimus ducit: inter homines pro summo est optimum'. Qui locus haud dubie e Posidonio est sumptus, quia paucis verbis post ipse nominatur et omnino septies per totam epistulam: § 5, 7, 11, 13, 20, 30, 31. Praeterea exemplum ambarum bestiarum raro et, quantum video, uno loco legitur (Luc. musc. encom. 6), quamquam hic quoque plane diversus est, sed pluribus locis apud Senecam, qui multa Posidonio debet: ep. 60_2 (181_4), de benef. II 29_1 (45_{24} Hos.), de ira II 31_6 (100_{28}). Mirum quoque est, quod in libris e Posidonio ipso repetitis potissimum inveniuntur loci similes eorum 'Catonis' verborum, quae in § 80—81 ad Xenophontis sententias addita vel contra eius auctoritatem mutata sunt (v. p. 13): cum verbis 'clarorum virorum' (§ 80 p. 159_{25}) cf. somn. Scip. 25 (376_{26}), 26 (377_2) 'bene meritis de patria quasi limes ad caeli aditum patet', 29 (378_5), Tusc. I 27 (289_{24}) '. . vitae, quae in claris viris et feminis dux in caelum soleret esse, in ceteris humi retineretur et permaneret tamen', 116 (324_{35} sq.), al.; de enuntiato q. e. 'Ex quo intellegitur e. q. s.' (§ 81 p. 160_7) supra

p. 73 egimus; cum verbis q. s. (§ 81 p. 160_9) 'me colitote . . . ut deum' et (§ 81 p. 160_{12}) 'memoriam nostri pie inviolateque servabitis' cf. somn. Scip. 16 (373_8) 'iustitiam cole et pietatem', ibid. 26 (377_9) 'Deum te igitur scito esse'[1]), Tusc. I 48 (297_{22}) 'eumque venerantur ut deum'.

Praeterea genus dicendi, quale in 'Catone' exstat, cum Posidoniano bene congruit. Hic enim omnes figurae oratoriae, quas Maximilianus Arnold 'quaest. Pos.' inter proprietates Posidonianas ascivit, reperiuntur, ut in priore capite multis exemplis probavimus. Imprimis nomino iterationem vocabulorum (cf. p. 35 sq. huius scripti cum p. 67 Arnoldii), rationem duobus vocabulis vel pluribus idem dicendi (p. 34 sq. cf. c. p. 65 Arn.), parallelismum saepe cum chiasmo coniunctum (p. 36 sq. cf. c. p. 60 sq.). Etiam illa Posidonii cupiditas imaginum frequentissimis 'Catonis' exemplis satis dilucide illustrata est (v. p. 40 sq.), velut audacissime in § 52 (150_{12}) claviculae vitis cum manibus comparantur; 'apex' (§ 60 p. 153_{15}) hoc loco primo apud auctores Latinos translative dicitur (cf. thes. l. L. II 228_{12}); duplici comparatione, quam Cicero § 36 (144_9) 'ut petulantia, ut libido . .' et § 72 (157_5) ‚ut navem, ut aedificium . .' praebet, Posidonius utitur, cf. de nat. deor. II 35 (58_{29}) ' ut enim in vite, ut in pecude . .' et, si is est auctor horum locorum, Sen. ep. 102_6 (472_{23}) 'ut navem, domum . .' et ep. 30_2 ($90_{3,\,8}$). Iam vero venustati atque elegantiae dictionis Posidonianae conveniunt hi poetici fere loci: § 28 (141_{22}) 'Quid enim est iucundius senectute stipata studiis iuventutis'; § 62 (153_{33}) 'Non cani nec rugae . .'[2]); § 70 (156_{14}) '. . praeterita verni temporis suavitate . .'; alii multi. Figuras autem homoeoptoti et homoeoteleuti (cf. Arnoldium p. 63) ex sermone Latino iam non cognoscere possumus, sed allitterationis (ibid. p. 62) exempla videntur mihi de industria a Tullio esse servata, ut § 23 (139_{23}) '. . Homerum Hesiodum, Simonidem Stesichorum . .', § 28 ($141_{22,\,23}$), § 38 (145_5) 'Ita sensim sine sensu aetas senescit nec subito frangitur . .', § 51 (149_{30}) 'sparsum semen', quod eodem ordine neque ullo verbo intermisso Sen. ep. 90_{21} (374_{20} 'sparsa semina'), in Posidonii frustulo, legitur (*σπαρὲν σπέρμα*?), § 54 (151_1) 'pecudum pastu' (vide de nat. deor. II 99 (81_{25}) et 161 (104_{27})). Postremo iterum mentionem facio artificiosae structurae (vide p. 37) et comparationum comoediae atque vitae magna arte per totum librum dispositarum, quae primis in paragraphis (§ 5) inceptae, interiectis certis spatiis saepe in novas formas mutatae redintegrantur usque ad ultima verba (§ 85).

---

[1]) Hunc locum comparat I. Sommerbrodt 'mus. Rhen.' 21 p. 290.

[2]) Schroeterus minus probabiliter p. 59 existimat Ciceronem hoc loco versus in orationem solutam transtulisse, nam vide Plut. an seni g. s. r. 789 D (38_{10}) *ἡ γελωμένη πολιὰ καὶ ῥυτίς*.

Quae ad Posidonium auctorem statuendum apta sunt, absolvi. Nec tamen silentio praeterire volo locos quoque similes esse, qui alium etiam auctorem fuisse fidem possint facere. Maxime enim miror, quod de rep. I 60, qui liber ex consensu virorum doctorum e Panaetio deductus est, verba 'Catonis' simillima exstant: (Archytae nomine paulo supra allato) (298_{25}) '. . consilio autem dominante nullum esse libidinibus, nullum irae, nullum temeritati locum .' ∞ Cat. 41 (145_{26}) 'nec enim libidine dominante temperantiae locum esse, neque omnino in voluptatis regno virtutem posse consistere.' Nec vero Cicero Cat. 41 (145_{26}) memoria adiuvante illa ex l. de rep. sumere poterat. Nec enim Archytae in l. de rep. illa verba ascribuntur[1]) et, si contextum rerum in 'Catone' perspexisti, apertum est nullo ex alio fonte fluxisse verba nisi ex eodem, ex quo antecedentia et consequentia. Sed ea consensio mihi demonstrare videtur eundem locum scriptoris cuiusdam et Panaetio et Posidonio, eius discipulo, ante oculos fuisse vel Posidonium magistrum suum esse secutum[2]). Quid mirum est? Panaetius quidem, qui animos immortales esse, id quod tamquam fundamentum quartae causae (§ 66—85) est, negat (cf. Z e l l e r u m III 1[4] p. 583), auctor Ciceroniani de senectute libri esse non potest. Itaque opinor etiam similitudinem, quae inter 'Catonem' et eum, qui de off. I 122/3 legitur, de senectute locum intercedit, siquidem Panaetio debetur (quod ego credam), nulla ex alia causa explicandam esse nisi, quod ille doctissimus vir Apamensis, ut tam multa ex aliis scriptoribus exhibet, sic verba magistri sui non neglexit. Etiam re magis, quam verbis illi loci inter se congruunt, fortasse praeter hunc: de off. I 123 (42_{30}) 'Senibus autem labores corporis minuendi, exercitationes animi etiam augendae videntur' ∞ Cat. 36 (144_1) 'Nec vero corpori solum subveniendum est, sed menti atque animo multo magis e. q. s.'.

Ut denique paucis omnia comprehendam, mea quidem sententia verisimillimum est ex Posidonio Cat. 51—53, 69, 72 (157_9) — 73 (157_{13}), 77 (158_{22-30}), 79—81 (ex Xenophonte per Pos.), alia repetita esse,

---

[1]) Quam ob rem H i r z e l i o ('de dialogo' I 418) assentiri non possum, qui cum N i e b u h r i o ex Cat. 39 et 41 dialogum Nearchi colligit, sed recte Z e l l e r u s I[4] 313 originem mihi videtur ex Aristoxeni libro deducere; cf. Aristoxeni fg. 18 (278 M. II) *καθόλου δὲ ᾤοντο δεῖν ὑπολαμβάνειν μηδὲν εἶναι μεῖζον κακὸν ἀναρχίας· οὐ γὰρ πεφυκέναι τὸν ἄνθρωπον διασῴζεσθαι μηδενὸς ἐπιστατοῦντος* cum Cat. 39 (145_{14}) 'N u l l a m c a p i t a l i o r e m p e s t e m q u a m voluptatem corporis hominibus dicebat a n a t u r a datam'. Cicero hoc loco res et nomina fingit, ut eum Platonis verbis certa nomina Salinatoris et Albini in § 7 (134_4) adiecisse vidimus; cf. etiam § 11 (135_{22}) 'me audiente' et imprimis § 43 (146_{28} sq.), quem locum F r. W i l h e l m l. l. p. 11 adn. 6 affert. Tales autem fictiones nihil miri habent, ut H i r z e l i u s p. 419 adn. 1 putat. Nam 'concessum est rhetoribus ementiri in historiis, ut aliquid dicere possint argutius' (Cic. Brut. 42).

[2]) Hoc saepe factum est, nam v. C. W a g n e r l. l. p. 26.

et probabile est plura quam, quae demonstrari possunt, fortasse totum librum inde sumpta esse. Ita enim optime explicantur similes loci, qui imprimis apud Senecam et apud Musonium, Epictetum, Plutarchum inveniuntur. Videtur certe magnus fuisse philosophus vel magno philosopho totus deditus discipulus, qui talem aureum libellum, qualis 'Cato' est, scriberet et tot scriptoribus imitantibus probaretur. Postremo ab eventu quaestionis meae non abhorrent verba, quae Cicero ipse de Stoicis, inter quos auctor 'Catonis' Graecus exquirendus est, facit eo loco, ubi in universum de ratione vertendi sua loquitur, de fin. I 6 (95_4): 'Quid enim est a Chrysippo praetermissum in Stoicis? Legimus tamen Diogenem, Antipatrum, Mnesarchum, Panaetium, multos alios in primisque familiarem nostrum Posidonium.'

Posidonius autem multum in libris Aristonis Chii versatus est; eiusdem enim commentarius quidam (scriptus, nisi erro, ad *προτρεπτικόν* Aristonis) servatus est per Senecam ep. 94 (vide § 38 'in hac re dissentio a Posidonio'). Fortasse etiam Posidonio illud fragmentum, quo nullum maius usquam alibi ex Aristonis scriptis exstat, debetur, quia in eadem 94. epistula (§ 5—17) legitur; vide § 18 (408_6) 'haec ab Aristone dicuntur. cui respondebimus ad singula'. Sic mihi novum argumentum obvenit, quo Aristonem Chium, non Ceum in § 3 Cat. intellegendum esse non nihil affirmatur.

Curriculum vitae.

Natus sum Hugo Augustus Fridericus Kroeger die VIII. m. Maii a. 1889 in oppido Neustadt Holsatorum patre Ludovico, matre Carolina e gente Griebel, quos ambos vivere maxime gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. Elementis litterarum in ludo publico patrii oppidi imbutus et per tres annos linguis Latina et Francogallica a v. d. Paulo Karstens eruditus inde a vere a. 1902 gymnasium Utinense frequentavi. Maturitatis testimonium adeptus vere a. 1908 almam matrem Friburgensem adii, ut studiis philologicis et historicis me dederem. Ibi sex menses versatus Monaci per bis senos menses, Rostochii item per annum, Berolini per sex menses litteris operam navavi. Inde vere a. 1911 Rostochium redii, ut studia ad finem perducerem.

Docebant autem me viri doctissimi Friburgenses Cohn, Finke, Goetze, Iolles, Kluge, Reckendorf, Thurneysen; Monacenses Borinski, Burger, Cornelius, Crusius, Drerup, Iacobsohn, Muncker, Otto, de Poehlmann, Riehl, de Riezler, Vollmer, Wenger, Wolters; Berolinenses Hirschfeld, Krabbo, Ed. Meyer, Muench, Norden, Schaefer, de Wilamowitz-Moellendorff, Rostochienses Bloch, Erhardt, Geffcken, Golther, Helm, Kolbe; A. O. Meyer, de Salis, Sommer.

His praeceptoribus omnibus maximas ago gratias, imprimis vero Rudolfo Helm, qui in hoc scripto elaborando summa cum benignitate atque humanitate semper me adiuvit.